




Hippocratis medicorum omnium principis, De aere, aquis, & locis, ;

<https://hdl.handle.net/1874/433553>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

0 oct.

105




Handwritten text, possibly a title or author's name, in a cursive script, appearing to be in Arabic or Persian. The text is faint and difficult to decipher due to fading and the texture of the paper.

302

11

105
105





alaminatex ple


alaminatex ple


Reges que fut
r ex Inefo Fla
r lami d'i pen
q' calat .i. po
na d'ppriū no

Medici
Octavo n°. 105.

piq' rotūdq' et dicitur sic. q' breuiam
te sua sine molestia calcat. qui cōt' uis d' fru
pue lapillq' minutq' et asf. qui si exuberit in
calamētū nocet et ē molestus uis. **D**n̄ ai mo
lestā sarupulū dicitur. **H**inc et sarupea id' fru
puloza sara .i. uspa. **E**t a calidq' apt' s' h'ridi
nē calidi d'ne s'raqui a calid. q' leuē d' et ro
tūdi. **D**ei d'ne a callus q' d' bias ordīales aut
.i. p' callos q' caladonū p' h' ordie manēt. p' h'

ma rōmāo e dicitur. et dicitur in hunc





N^{um.} 73. B.

... 1000 010 11 10101 0000 210

*Hicriem onthrecht
de bladon 65-72.*

HIPPOCRATIS
MEDICORVM OMNIVM

PRINCIPIIS, DE AE-

re, aquis, & locis,

*Liber olim mancus, nunc integer: qui Galeno, De
habitationibus, & aquis, & temporibus &
regionibus inscribitur:*

*Ab Adriano Alemanno apud Parisios medico,
commentariis quatuor illustratus.*

AD CAROLVM LOTHARINGIAE
DVCEM ILLVSTRISS.

PARISIIS,

ex dono Buchely

Apud Aegidium Gorbinum, sub insigni
Spei, propè Collegium Cameracense.

1557

CVM PRIVILEGIO REGIS



Extrait du priuilege du Roy.

PAR grace & priuilege du Roy, il est permis à Gilles Corbin, libraire en l'vniversité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé Hippocratis liber de aëre, aquis, locis, olim mancus, nunc integer: avec les commentaires de maistre Adrian l'alemant. Et fait ledict seigneur defences, à tous autres Libraires, & Imprimeurs, & autres personnes quelsquonques de ce Royaume, de non imprimer ne faire imprimer sur la coppie, ne vendre ledict liure sans le vouloir & consentement dudit Corbin, sur peine de confiscation desdicts liures, qui se trouuerrôt impriméz, & d'amende arbitraire. Et ce iusques au temps & terme de dix ans, finis & acomplis à compter du iour & date que ledict liure sera acheué d'imprimer, comme plus amplement est contenu & déclaré par les lettres patentes, sur ce données à Villiers coste-retz, le dixseptiesme iour d'Avril, L'an de grace mil cinq cens cinquante sept. Et de nostre regne l'onzieme.

Par le Roy,

Vous Monsieur le Cardinal de Sens, Garde des seaulx de France, present.

Signé de Vabres.



ILLVSTRISSIMO CARO-
LO CALABRIÆ, LOTHARIN-
giæ, Barri, &c. eximiæ spæi duci, va-
sti regni Archimarscalco, Pontis
montionis marchioni, &c. Princi-
pi optimo ac clemētissimo, Adria-
nus Alemanus Medicus, perpetuā
optat sanitatem & fœlicitatem.

Diuinus Plato omnium Græ-
ciæ philosophorum prin-
ceps, præclarè dicere sole-
bat non solum nobis, sed
patriæ (qua nihil dulcius,
& quæ una omnes om-
nium charitates cõplecti-
tur) nascos esse. Quod dictum tametsi vulgo ia-
ctatum, omniumque penè sermone tritum, si quis
accurata mente perpendat, certòque iudicio ponde-

EPISTOLA

ret: nullum profecto peniciores naturæ sentiet
 instinctum, quo destinatum sui ortus finem con-
 sequatur. Id quod in animum induxit meum, dux
 illustrissimè, ut aliquid Reipub. contribuerem &
 aliquo saltem officio meos omnes conatus com-
 muni bono consecratos esse testarer. Nemo enim
 torpescens, & perpetuò somnolentus vlllo civium
 præmio dignus est. Ego verò pro mea quantumvis
 tenui ope nihil magis fructuosum præstare posse
 sum arbitratus: quam si librum prius decurtatum
 & mutilum, nunc integrum & ad pristinum ni-
 torem restitutum, lucubrationibus illustratum, in
 hominum manus proferrem. Magno certè mor-
 talium commodo. Multa siquidem quæ ad sanita-
 tem (sine qua nemo vel in summis honoribus con-
 stitutus vivere vellet) retinendam, ad morbos na-
 turæ teterrimos hostes cognoscendos debellandosque
 pertinent, continet. Quæ sane ut eruditis ac bonis
 grata fore: sic erudiendis fructum aliquem allat-
 tura, non diffido. Verum enimvero quoniam vi-
 deturus liber neque genio, neque magni nominis au-
 thoritate: quæ contra nouitatis inuidiam & ca-
 lumnias ei suffragetur, carere debet. Idcirco la-
 bori natalitius susceptor pro recepto more disqui-
 redus mihi fuit: qui nostri tutelam susciperet, &
 contra maleuolos gloriam sibi ex alieno comparan-
 tes oppro-

NVNCVPATORIA.

tes opprobrio nos & nostras vigilias defenderet.
 Tu tandem ex raris (quos deus optimus maximus
 selectos habere voluit) vnus opportunè occurristi
 dux serenissime, qui si id muneris pro candore tuo,
 pro tua dignitate, pro tua amplitudine obire digne-
 ris, ancipites & falsas vulgi censuras non refor-
 midabit: sed vbiq; locorum, vbiq; terrarum
 longe latèq; diffusus, viuet. Tantus enim est
 tui nominis splendor, tanta est tuorum natalium
 dignitas & excellentia, tam præclaræ sunt tuo-
 rum maiorum res gestæ, vt vix vlli principum ce-
 dere debeas. Quod omnibus fiet manifestum, si
 tuam originem, maiorum facta, regna quæ tibi
 iure debentur, naturæ dotes, quæ in te sic relu-
 cent vt aciem perstringant meorum oculorum,
 quæque multa & magna pollicentur: paulò al-
 tius repetierimus. Atq; vt à maioribus tuis exor-
 diar. Si genus paternum considerare velimus, in
 tuis imaginibus magna pietas, firma & constans
 fides, clementia, maxima potentia, multi Reges:
 qui magnam quondam & latissimam orbis terræ
 partem tenuerunt, conspicientur. Illic regnum
 Hierosolimitanum, & Siculum quæ tua sunt cer-
 nuntur. Illi siquidem Iudæis, Turcis, atque Sar-
 racenis expulsis omnium Christianorum vna vo-
 ce & consensu, vir religionis cupidus, clemens,

EPISTOLA

pius Godfridus regendo constitutus est. In cuius
 defuncti locum Balduinus frater eius electus, ac
 quo magis hostibus fidei timorem incuterent Chri-
 stiani regali corona decoratus est. Cui successit Bal-
 duinus comes, quo mortuo prefectus Falco comes
 Andegauensis. Tandem ad Fridericum secun-
 dum Siciliæ regem, delata est regnandi potestas.
 Regnum quoque Neapolitanum, Calabria, ducatus
 Geldrensis, Iuliacensis, Andegauensis, Bar-
 rensis, & Lotharingiæ cernuntur. Vt hinc con-
 fessum sit longe tuam domum amplissimam esse:
 quæ per se contenta est, & sua ipsius gloria regi-
 tur, tum, Christianissimi regis Galliarum candore
 splendescit. Cuius auxilio, copius inuictò mar-
 te, (ut cui gener iam sis designatus) Sicilia, Cala-
 bria diætæque regiones, ut spero, te regem meritò
 recognoscent. Sic parentes artibus pacis clarissi-
 mos imitaberis, qui tam prudenter se gesserunt, ut
 malis essent formidini, à bonis autem impensè
 amarentur. Quorum arma senserunt aberrantes,
 & ad sinistram deuiantes Alsatiani. Sic magna-
 nimus Renatus Atavus tuus imperavit inuidente
 tamen Carolo Burgundiano, qui periculosis eum
 laceßiuit bellis, & e finibus conatus est expellere.
 Sed Dei ductu Renatus in bello superior factus,
 fufis, repressisque hostibus, occiso Carolo, ducum
Burgun-

NVNCVPATORIA.

Burgundie nomen penitus deleuit & extinxit.
 At ut innumera tuorum maiorum ornamenta
 prætermittam, nonne ex tuo sanguine duo Gal-
 liarum lumina ducunt originem? Carolus Cardi-
 nalis Lotharingæ & Gustanus dux, quos tibi
 coniunctissimos & tui amantissimos intelligo.
 Quorum alter omnium sui ordinis grauisimus sa-
 pientissimus, nec minori pietate quam sanctimo-
 nia præclarus habetur. In quo fides & religionis
 cardo constantissimè fundantur: quem regis arca-
 norum participem et utilitatis publicæ valde cu-
 pidum Franci omnes admirantur, summisque ho-
 noribus amplectuntur. Quem tota Parisiensis
 Academia veluti bonarum literarum parentem
 veneratur & colit. Aded ut bonis & doctis
 eum dedisse videatur Apollo. Quem proinde Deus
 maximus in altissimum dignitatis gradum erexit,
 ut populum suum informaret, doceret, ut sacra-
 tiori literaturæ opitularetur, ut sanctimonie, vir-
 tuti, probitati, iustitiæ, rectis studiis, bonis artibus
 & disciplinis oppressis succurreret, Collegium Re-
 mense non solum institueret, erigeret, propriis sum-
 ptibus dotaret, sed etiam Parisiensem scholam
 reformaret. Cui nunc incumbit curæ: ut quicquid
 bonis literis aduersum, quicquid à veterum insti-
 tutis & ritibus alienum fuerit abrogandum &

EPISTOLA

è medio tollendum curet. Hoc est veri cardinalis & sanctissimi munus ac gratum Deo ministerium, studiorum emulis bonisque omnibus salutare. Quo duce summâque eius prudentia ad suum nitorem ac splendorem nostra tandem restituetur Academia. Certè quantum ad nostram medicorum facultatem attinet, in eo nostra spes omnino sita est, quod ipse lege regia, Thessalos omnes asinos, audaces, empiricos carnifices, qui magna populi iactura medicinâ factitant, medici vestem induunt & veluti simiæ medicos imitantur, qui illotis manibus in messem alienam falcem immittunt explodēdos, & eliminādos, abigendos, puniendos acclamabit, Christianissimoque regi nostra esse confirmanda privilegia persuadebit.

Alter verò rei militaris ita peritus est, ut elucēre in eo solo prisca Gallorū magnanimitas videatur. Id quod Casariani in omnibus expeditionibus bellicis satis experti sunt, & in dies suo detrimento experiuntur. Hoc est, Dux illustrissimè, paternum tuum genus, cui maternū non est impar, cuius ornamenta excutere si vellem, nō argumentū sed rēpus deficeret, & in immēsum cresceret epistola. Quāobrem ad animi tui tuæque naturæ dotes me conuerto, & ne longior sim imprimis vultus floridum colorē, dignitatem formæ ac venustatem cōtem-
plor,

INVENCUTORIA.

plor, quæ probam *κρᾶσι* & Symmetriam coar-
 guit. Vnde saluberrima corporis constitutio, singu-
 larum partium non mutila: sed concinna & in-
 tegra conformatio, firmissima membrorum ampli-
 tudo & quadrata quæ in partium situ, numero
 & ratione cernitur. Adeo ut speculum nature
 præ te feras qui veluti nature canon iudicaris. O-
 culos totius corporis indices circumspeciant omnes,
 & mox dubitare desinent, cur non solum princi-
 pes, sed etiam cuiuscunque conditionis homines in
 amorem tui rapias. Est enim primus amoris hone-
 sti pulcher oculus author. Qui verò corpore sanus
 est & formosus nisi à natura degeneret, sit & a-
 nimo speciosus. Moderatos igitur & bene compo-
 sitos tibi congenitos esse mores oportet, hoc est, vir-
 tutum semina quæ cōsuetudine, præceptis, institutis-
 que Philosophiæ adolefcunt, & ad bonam frugem fœ-
 liciter perueniunt. Quod si velim de te confidentius
 loqui, eximia tuæ nature dotes satis arguunt te ad
 utrumque tempus natum esse, natum inquam, ad
 virtutes imperio dignas, quod etiam, in hoc primæ
 ætatis flore, fiducia, fortitudo, liberalitas, equitandi
 dexteritas, palestra, hastiludia, Umbratilis armo-
 rum meditatio, labor, venatio, testantur. Sed hæc
 pusilla sunt si meliorem tui partem, hoc est, ani-
 mæ splendores consideremus, & quantum na-

EPISTOLA

tui vigoris habeant, mansuetudo, benignitas, modestia, continentia, tranquillitas, iustitia, prudentia, discendi facilitas, solertia, mentis acies, cogitandi & iudicandi promptitudo, constantia, quæ Regiæ cuiusdam indolis imaginem conuincunt & demonstrât. Sic fert tuus animus qui sub Iouis imperio in hoc formosissimū corpus: cum delaberetur certā quandam in ipso descensu, sibi concepit indolem & figuram Iouis astro conuenientē, adeo ut mediocre de te nihil expectetur. Cui satisfacere poteris si naturā tuam ducem sequaris, quæ ad strenuē & viriliter agēdum semper cohortabitur concitabit & (quamuis calcaribus non egeas) extimulabit. Quam spem præter cætera confirmat, quod prudentiæ sis studiosus, pulchri & honesti desiderio capiaris, Martis arma Dianæque opera potius quàm rerum aliarum ludibria secteris, nec vlla libidine commouearis, nec in aliquam turpitudinem dicto aut opere dilabaris, ut qui scias corporis voluptatem non satis esse dignam hominis excellentia, eamque contemni reijcique oportere. Tuam verò mentis cogitationem penitus à vitiorum labe alienam esse ex eo abudē intelligere licet: quod si cum tuæ ætatis principibus, aut aliis ludas, aut verferis, nulla verborū obscœnitas abs te proferratur, aut si quis parum continenter & sobrie lo-
 qua-

NVNCVPATORIA.

quatur te non audire similes, quemadmodum testis sum oculatissimus, testis & is cui creditus es, cuius vita te moribus tingit. Testis præceptor tuus vir singularis eruditionis cuius familiari consuetudine utor. Testes denique sunt gravissimi quot quot tua fruuntur præsentia. Omnes vno ore prædicant te tantum inquirere quod ad animû formandum, ad valetudinem tuendam, ad vires exercendas referatur. Qua in re omnes tuos coætaneos à tergo relinquis. Quapropter cum tanta sit tui nominis amplitudo, tanta dignitas & excellentia, mirari nemo debet, cur nostrarum vigiliarum in medicina patronum ac veluti susceptorem conciliare contenderim & optaverim. Quavis enim infœlix nostra tenuitas solvendo non sit, neq; celsitudini tuæ respondere queat: spero tamen te facturum rem gratam & utilem multis, si nostras lucubrationes tua fide esse atque in lucē exire patiaris, imò fortassis tibi salutarem, quod cœli temperiem, ventorum clementiam aut asperitatē, regionis cuiuslibet situm, mores hominum, aquarum omnium notas vires & usum etiam cum ad urbem tibi incognitam perveneris, loci amœnitatem, habitationis quæ sit forma pulcherrima, aut miserima, paucis sis intellecturus: sine quibus nec vivere nec salubriter vivere possis.

Hoc

EPISTOLA

Hoc votum nostri summa laboris habet.

Nec enim vnus et idem aër in hac peregrinatione perpetuo ducitur, nec eisdem aquis semper vti licet, denique nec in eodem loco semper cōsistendum est. Id quod & animum qui videndi & audiēdi delectatione rapitur: recreat, reficit & exercet, corpus firmat, valetudinem in longius tempus protrahit. Vt sperare pro certo debeas reliquo vitæ tempore fructum aliquem ex hac aëris mutatione te percepturum: Confirmato enim corpore & ad diuersa assueto, fortis, bellicosus (si opus fuerit) magnanimus euades. Nimis ociosa vita utilis non est, quia potest incidere laboris necessitas. Ergo tibi gratulor quod magno tuo commodo & citra valetudinis iacturam Lotharingiæ limites sis egressus: quo diuersas Gallie partes (est enim multū sic à teneris assuescere) cū tui amantiſsimis perlustrares, animum delectares et informares. Reliquū nūc est, quāta humilitate possim, vt à te cōtendam, & deprecer vt nostrarum vigiliarum primitias tuo amplissimo nomini consecratas hilari & exporrecta frōte accipias, & ad extremas quasque nationes tuo patrociniō adire sinas. Quod si in aliqua re fortassis propter aetatem, hæsites, habes peritissimos in tuum obsequium medicos, quorum eruditione omnia fient explorata & facilia, ignoscāt
Verò

NVNCVPATORIA.

Verò mihi omnes isti si nonnulla tuæ valetudini
consecrauerim. Id enim à me factū est certo iudi-
cio, tui obsequio & beneuolentia, non ambitione,
non spe lucri, nullius contemptu ut qui nemi-
nem contemnere aut velim, aut possim, aut debeā.
Nostri siquidem conatus præmium satis amplum
percepisse videbimur: si abs te & prudentissimo
tuo consilio probari audierimus: in cæteris precabor
ut Deus optimus maximus Heroicos istos instin-
ctus bene fortunare pergat, eumque animum sem-
per verè nobilem foveat, quò valeas populum tibi
concreditum legibus optimis tuo tempore moderari
& dirigere, fidemque Christianam tuorum ex-
emplo propagare. Vale, Parisius 7. Cal. Maij,
anno 1557. & Alemanum tuum agnoscere
incipere.


FINIS.

STRENGTH OF THE

The strength of the
 body is determined by
 the amount of food
 and the amount of
 exercise. The body
 is a machine and
 it needs fuel and
 oil to run. The
 amount of fuel and
 oil is determined
 by the amount of
 food and the amount
 of exercise. The
 body is a machine
 and it needs fuel
 and oil to run.

THE

The body is a machine
 and it needs fuel
 and oil to run.





ADRIANI ALEMANI SOR-
CEENSIS IN LIBRUM HIPPOCRA-
tis de aëre, aquis, locis,
Præfatio.



Quod omnes serè librorum
interpretes facere consue-
uerunt, hic quoque nobis fa-
ciendum, vidèdumque quo
titulo hoc opus conscripse-
rit Hippocrates: ut facilius
consilium eius, & scopum,
quem in omni scripti genere maximopere tenere re-
fert, intelligamus. Vtilitas deinde quæ sit, an legiti-
mum sit opus, & ad quam medicinæ partem refer-
ri debeat, quò ve circumscribatur ordine, dicendum.

Hunc igitur librum a magno Hippocrate, medico-
rum principe, Democratis auditore, qui vixit apud
Perdiccam Macedoniæ Regem, & Larissæ disc, ef-
sit annum centesimum quartum suæ ætatis agens,
conscriptum probant quæ passim profiteretur Gale-
nus, præsertim in comment. ad hunc Aphorismum:

Hippocra-
tes huius
libri autor.

P R A E F A T I O.

Apho. 8.
lib. 3.

Εν τοῖσι καθεστώσι καεσίσι ἢ ὡραίως τὰ ὡραία ἀποδίδωσιν,
 εὐσταθείας καὶ εὐκαρπείας αἱ νεστοὶ γίνονται. Ἐν δὲ τοῖσι ἀκαταστά-
 τισιν, ἀκαταστάτοι καὶ δόσικτοι. id est, In legitimis tē-
 poribus, quum tēpestiva fiunt tempestive, morbi le-
 gitimi & boni indicij sunt. In intempestivis autē,
 non legitimi & mali indicij. Cum inquit, καθεστώ-
 τας καεσθί, id est, legitima tempora nominat, quæ
 tempore & loco suam recipiunt temperaturam.
 Quem verò legitimum appellet annum, tibi licet
 discere ab ipso in libro de aère, aquis, locis, & re-
 gionibus. Rursus in comment. ad aphorif. sequen-
 tes, sumpto ex hoc opere testimonio suum confir-
 mat institutum: qui etiam alio in loco libri de aère,
 aquis & locis mentionem facit, & eius utilitatem
 profert, cum inquit, Hippocratem eorum quæ in a-
 phorif. de temporibus scripsit, causas reddere in lib.
 de aère, aquis, locis. In opere denique cui titulum
 fecit, quòd temperamentum corporis sequuntur a-
 nimi mores, multa ex fine huius usurpat: non alia
 ratione, quàm ut Hippocratis fide convincat ar-
 gumentum, & rei propositæ fidem faciat. Gale-
 ni verba hæc sonant. Cum divinum Hippocra-
 tem illum medicorum omnium ac philosophorum
 primum huiusce contemplationis autorem testem
 adire liceat. Is igitur scribit in eo lib. in quo de
 aquis, aère & locis præcipit, primum quidem de his
 Urbibus quas spectare ad septentriones ait, ita ad

Ad 11. 13.
14. lib. 3.
aphorif.
Cömen. in
1. epid.

verbum:

verbum: Mores quoque agrestiores, quàm mansuetiores. Et post hæc rursus de his, qui ad ortū vergunt: & ira & solertia meliores aquiloniis &c. Ex quibus certè omnibus satis perspicuum fit, librum de aëre, aquis & locis ad magnum Hippocratem referendum esse, Galeni etiam sententia, cuius Marte & auxilio Hippocratis arcana prodierunt in lucem: quæ fortassis in occulto adhuc laterent, nisi deus Galenum nobis dedisset. Quamvis constet eum librum præsertim græcum qui hodie sub titulo de aëre, aquis, locis, circumfertur, in multis locis esse mutilum, & decurtatum, ut ex latina antiqui interpretis (cui fortè legitimum & purum videre contigit exemplar) conuersione liquet. Dabimus tamen operam, ut purus & integer prodeat in lucem.

Liber græcus mutilus erat.

Inscribitur hic liber apud Græcos, ἰστροκράτης αἰέρος, ὑδάτων, τόπων. hoc est, Hippocratis de aëre, aquis, locis. Galenus qui in hunc librum commentarios edidit, ut ipsemet multis in locis testatur, inscribi ait, αἰέρος ὑδάτων καὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ χρόνων, id est, de habitationibus & aquis, & temporibus, & regionibus. Sed cum tempora venti, habitationes nomine aëris qui ea circumscribit, vel illorum causa est, intelligantur, utriusque tituli sensus eodem reuoluetur: & in scriptio Galeni declarabit Hippocratis titulum. Nusquam tamen,

In lib. de propriis lib. inscripto. in comen. ad 14. apho. lib. 3.

P R A E F A T I O .

quod scia hodie extant (superuacaneus enim fuisset
 noster labor) hi commentarij, sed cum multis li-
 bris huius authoris diligentissime scriptis perierunt.

Hip. cōsi-
 liū & sco-
 pus.
 Lib. parti-
 tio.

Ex proprio consilio & instituto, noster Hippo-
 crates habitatiōnes, urbium situm, & ad coelum
 habitudines describit: deinde aquarum naturas
 non per transfennam demonstrat. tertio muta-
 tiones quæ in temporibus contingunt, & morbos
 inde oriundos acutissime declarat, postremo loco-
 rum seu regionum inter se dissidentium coniun-
 ctiones, quas greci οὐζυγίας ἐναντιότητων, nos discor-
 dantium comparationes tolerabiliter dixerimus,

Utilitas,

facit. Quorum cognitio cum primis ad sanitatem
 tuendam, & morbos naturæ teterrimos hostes
 profligandos, ad eosdemque prædicendos, tam com-
 munes quàm dispersos, ad victus rationem pro-
 bè constituendam, sit summa necessitate expeten-
 da: Medicus bello & pace clarus esse, & ad
 sublimis scientiæ gloriam pertingere non poterit,
 nisi quæ traduntur hic, diligenter tenuerit, memo-
 riæque firmiter mandauerit. Quæ res plurimum

Aëris vi-
 res expo-
 nuntur.

honoris utilitatisque illi est allatura. Cum enim
 diuinum quid sit aër & vires cum in temporum
 tum etiam in corporum mutatione non exiguas
 habeat, cœli spiracula quæ per aërem feruntur,
 ipsiusque aëris conditionem animo perpendere de-
 bet. Omnia siquidem quæ cœlum tegit & ambit,
 collustrat,

collustrat, mouet, permeat, afficit, perdit aut
 conseruat & sustinet: vt ipsemet testis est ocu-
 latissimus Hippocrates. Ventorum est regnum In lib. π ε ρ
 ει φ υ σ ω π.
 aër, & terræ vehiculum, ignisque pabulum.
 Per aërem, sol, luna, cæteraque sydera suos cur-
 sus ducunt, & in hæc inferiora suas exercent
 vires congenitas. Quem proinde cœlestem nun-
 cium Aegyptij appositisimo nomine dixerunt.
 Cœlorum namque semel excepta spiracula deor-
 sum via occulta & sensum latente longè latè-
 que impartit: signaque rerum quæ sunt ad ter-
 ras demittenda, ob oculos ponit. Omnium tem-
 pestatum imagines ad viuum depingit, aquarum
 diluuiâ & inundationes, quales anno 1555 fuerunt:
 hominum morbos, calamitates, bella, mortem prin-
 cipum, rerum denique clades & ruinas legendas vi-
 dendasque palam exponit, supernorum decretorum
 signa, & futurorum prognostica, præ se fert: quorû
 terræ & aquæ globus etiam particeps est, & quæ
 in eo versantur animalia. Hinc animantes ratio- Bestie fu-
 tura præ-
 mōstrant.
 nis expertes vim occultam aëris sentientes, ab ipso
 admonitæ, nobis futura, voce, motu, gestu, aduentu,
 discessu præmōstrant, vt ventos futuros, toni-
 trua, pluuiâ, niuem, pruinas, grandines, coruscatio-
 nes, cometas, tēpestates, serenitates, pestem, anni tem- Plin. ca.
 21. 10. lib.
 nar. histo-
 ricæ.
 pora, quorû omnium latissimus campus est aër, præ-
 significant: vt gallus gallinaceus (quem excitadis in

P R A E F A T I O.

opera mortalibus, rüpendóq; somno natura genuit)
 nouit sidera, & ternas distinguit horas cantu, dum
 sol oritur, medium cœlũ vtrinque tenet, & occidit.
 Cum sole it cubitũ, solis ortũ percipit, diẽque venien-
 tem nũciat cantu, & laterũ applausu. Sic grues, hi-
 rundines, coturnices, lusciniæ, & volucrũ plerũque
 aliæ anni discrimina cõmonstrant. Canes domestici,
 cœlestis exortũ sentiunt, & pertimescunt. Arietes
 non sine detrimento maleficarũ stellarum cũ ariete
 cœlesti congressum agnoscunt: quod idẽ assuerandũ
 est de tauro, leone, capra, & piscibus: vnde pestes cer-
 tis animalũ generibus infestissimæ. Quæ cũ ita sint,
 & ratione carentes bestias (quæ sibi tantum sen-
 tiunt, & hominibus præfagiunt) ab aëris spiracu-
 lis extimulari, luce meridiana sit clarius, hominem
 prudẽtiæ & consiliũ capacem, à deo, à cœlo, ab aëre,
 de fugiendis & amplectendis admoneri, quis erit
 tam ferreus & sine sensu, vt ambigat? cuius causa
 bestias ipsas genitas esse, ipsum verò ad deum contẽ-
 plandum & imitandum ortum esse nemo dubitat, à
 quo potissimũ rectã constantẽque habuit rationẽ.
 Estne deterioris gradus homo, qui ad dei imaginẽ cõ-
 ditus est? minime. Sibi igitur præfagit homo, & fu-
 tura cognoscit, in quẽ vsum inuenta fuit astrono-
 mia: cuius ope & beneficio signa temporum, inrer-
 ualla, dies, annos, siderum constitutiones, annorum
 mutationes (ad quas multa semper retulit Hippo-
 cra-

Stellarum
 diuersarũ
 congressu
 pestes oriũ-
 tur.

Homo præ-
 fagit.

crates) obseruamus: & ex his morbos euenturos colligimus. morbis praemis rationem victus quae praecautioni conueniat, praescribimus. incolas ut sibi caueant exhortamur & praemonemus. Quia obrem non possum satis mirari quosdam medicos huius aetatis iudicio plebis ignare doctissimos, qui in omni repestatae neglectis siderum significationibus, eadem & vulgari methodo, remediis penes eisdem omnium morborum curationem, non sine graui vitae iactura & lue publica aggrediuntur: qui etiam ut praesagire videantur, prius obseruatrices (quas lucri participes faciunt, aut quibus nummos annuatim numerant) super his quae pertinent ad egros, interrogant, & earum obseruatione instructi non verentur quid egro contigerit affirmare. Satis illis est cum mulierculis & obseruatricibus fabulari, confabulationibusque se medicos exhibere perdoctos, si mulieribus placere, easdemque muneribus & pecunia vincere, sit se medicum ostendere celebrem & doctum. Vnde fucus, puluis, fraudes, malitia, omnesque fallendi & mentiendi artes, in medicorum (qui deo similes esse deberent) studia profuderunt, Hinc omnis falsitas, omnis circumscriptio ab hoc erroris fonte manauit. Medendi via negligitur, vera & solida doctrina obtenebratur, faciendi fuci sexcentae viae inueniuntur, quibus instructi questuarij maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrosi, perulantes,

P R A E F A T I O.

Medicorū
reprehē-
ditur ab
his.

audaces, proterui, ignaui, carnifices. Empirici, partes
suas tutantur, & de sua ignorantia experimēta fa-
ciunt, vt cerdones, sartores, cocos, textores, sutores,
nautas, fabros, mercatores, pharmacopolas, nobiles
ignobiles, & omnis generis homines alliciant, & po-
puli famam aucupentur, adeo vt in prouerbiū cesse-
rit. medicos pro muliercularum & obseruatricum
delirantiū voce, clamore, doctos vbiq̄ue vel ignaros
haberi. Quo quid indignius? quid perniciosius? quid à
boni medici officio & dignitate magis alienū? Sic-
cine per deliras aniculas, medicinæ (quæ dei amplif-
simum munus est) vsus queritur? Siccine medi-
cina tractatur, exercetur? Estne hæc exercitatio
venerandæ disciplinæ? O dignam praxin, & om-
ni laude predicandam, in qua mentiri docetur, &
per vetulas questus habetur: quam præstantissimi
medendi magistri Hippocrates & Galenus si re-
nuiscerent admirarentur, approbarēt, optarent! In
qua non in publicū vsum, non in ægri salutē, sed in
priuatū thesaurum, in proprios loculos omnia refe-
runtur. Eos trāseo, qui velamēto pietatis, specie recti,
medicos philosophos in posteriores sedes deiciunt, cete-
ros fallūt, qui catalogū secū deferunt, cōpitatim &
ostiatim legūt. fortassis apud Indos ægotatiū nomi-
na expūgūt, aut saltē stylū notāt, quō cæteris videā-
tur exercitatiores, et in loculis multo plura reponere
(sic enim fert mundi calamitas, vt ditior sapientior
pute-

putetur) Quod grauatim non ferrem modò suis fabulis & suis libellis apertis alios de honoris sede & de praxi detrudere non conarentur. His parum dissimiles à ἐσφάγσι qui nihil non ex lotij inspectione prædici posse putant, etiam si morbus extremos digitos occupet: aut ex turbidis fontibus & lutofo stagno impurior aqua videnda proponatur, quòd fortassis ex ea re sit illis quæstus lutosus & vberimus. Id quod non eò dixerim, quasi vinæ inspectionem prorsus inutilem existimem (id enim veterum placitis esset reclamare) sed abusum prorsus vitupero, quòd ex vno signo tanquam ex omnibus simul iunctis, de morbi essentia, sede, & euentu pronüciare audeant. Sunt & alij qui Vanitate prodigiosa vulgus profanum in rebus agendis parum prudens circumducunt, & suis prognosticis à fide christianorum & vera astronomia prorsus alienis, miras, nouas & portentosas horrendasque comminiscuntur nugas, vt populum demereantur, sed neminem non illudunt: adeò vt ferè quærat fucus & vmbra, malintque multi videri quàm esse veri medici, qui quod doctrina non possunt, fallacijs, incantamentis, salutationibus, annulis, nugis, ostentatione, maledictis, iniurijs consequi nituntur: quos iure diuinus Plato quæstuarios In 3. Reip. sophistas vocat. propter quos ars ipsa in ἀρετῆν abiit. Multa alia prætereo, quibus ars veneranda quotidie contaminatur, labefactatur, labefactatis patrum

P R A E F A T I O

consiliis, & illorum diminuta & fracta auctoritate. His igitur interea relictis, ad nostrum institutum reuertimur, dicimusque artem praesagiendi medicis quales depingit Hippocrates, plurimum prodesse: quorum refert non solum temporum mutationes, quae potissimum morbos pariunt, praevidere, sed & sideratum per aërem defluuium, cum praesens, tum praeteritum ac futurum diligenter exploratum habere. Praeter haec ex arte tenetur medicus aquas quarum mutatio gravis esse solet, & usus creberrimus compertas habere, non neglecto locorum situ, sine quibus esse nequimus. Ad quorum omnium notitiam maxime parat & sternit iter liber hic: qui cum vtilia in primis & necessaria contineat, philosophiae, medicinae, astrologiae, geographiae multa secreta complectatur, erit legendus, ediscendus diligentissime, ac nunquam de manibus deponendus. Pertinet autem ad eas medicinae partes, quae Graecis σπουδιον ἔργα καὶ ἰατρικὴν ἀντικείμενα nuncupantur. Multorum namque morborum causas red dit, & ex signis effectus colligit. Est etiam ex eorum numero, qui late fuseque rem declarant, qui que ad claritatem sunt accommodati. Doctrina vero cuius limitibus circumscribitur, est resolutoria. Natura enim rei persuasus, & habita ratione causae de temporibus & cæteris disputat Hippocrates, qui fuit dux eius medicinae quae rationalis vocatur, qui que princeps medendi praecipua clarissime tradidit. Cæterum

Ad quas
medicina
partes re-
feratur.

Ad quod
genus scri-
pti.
Ordo et ge-
nus docendi

Plinius.

terum qui lectionem morborum vulgarium magno, Cōm. I. in
primum
Epid.
sibi studet ad artem emolumento esse, huius magno-
pere intererit ante omnia evoluisse hunc librum, di-
cebat Galenus. Haecenus praefati sumus. iam Hip-
pocratem purgatis auribus & attentè audiamus.

Finis praefationis.

Faint, illegible text covering the page, possibly bleed-through from the reverse side.



HIPPOCRATIS LIBER DE

aëre, aquis, locis.

Textus primus.

Ἰηπεικὴν ὅς τις βέλεται ὀρθῶς ζητεῖν, τὰ δὲ χεῖρ ποιέειν, πρῶτον μὲν εἰδυμένῳται τὰς ὥρας τῆς ἔτους, ὅ, τι δύναται ἀπεργάζεσθαι ἐκείνη, ὃ γὰρ εἰκότως ἐστίν, ἀλλὰ πολὺ διαφέρουσιν αὐτὰ τε ἑαυτῶν, καὶ ἐν τῆσι μεταβολῆσιν.



Vicunque artē medicam integre adsequi velit, primum quidem temporū anni rationem habere debet, quantum potentia quodlibet eorū valeat. non enim simile quicquam in illis existit, verum differunt, nimirum propter varias quæ in eis fiunt mutationes.

Ordine resolutorio per diuisionem materiam proponit de qua sit dicturus, & breuiter ostendit qualis esse, & quid præstare debeat, qui medicam artem ὀρθῶς affequi & comparare velit. Est autem medicina, πρῶτον εἰς ἀφαιρέσιν, id est appositio & ablatio, eorum scilicet quæ excedunt, ablatio, & appositio de-

Hippo. πρῶτον
εἰς φασκῶν.

IN LIB. HIPPOC.

Aph. 19. 8. *ficientium : quorum vis in contrariorum lege cernitur . At apponere & auferre diligenter & integrè*
 parti. 6. *tur .*
 epid. *nequimus , nisi temporis habeamus rationem , quem-*
 1. de mor- *admodum scitè literis mandauit omnium bonarum*
 bis. *artium princeps Hippocrates . Est enim tempus in-*
 Lib. dedie- *choandarum & absoluendarum rerum magister opti-*
 ra. 3. de sa- *mus , & alio tempore alia vsurpanda remedia , hye-*
 lub. diata. *mus , & alio tempore alia vsurpanda remedia , hye-*
 apho. 17. et *me atque æstate , non eadem seruanda nobis proponi-*
 18. li. 1. a- *tur viuendi lex , vt luculenter ab Hippocrate & Ga-*
 pho. & in *leno multis in locis docetur . Tempus præterea quod-*
 cõmen . ad *libet proprios obtinet morbos , habetq; magnam vim*
 eosilem. *in morbis procreandis , & curandis , vt doctè profite-*
 3. parte a- *tur Hippocrates , vbi morbos singulis temporibus*
 phoris. *cognatos (in quibus minus periclitamur) narrandos*
 Apho. 34. *suscipit . Itaque diligenter & p̄lu id est , tempus inspi-*
 lib. 2. *ciendum , quo latentes in visceribus humores depre-*
 Aph. 2. *hendamus , commonefacit . Ob id Galenus semper*
 lib. 1. *inter februm notas , temporis mentionem facit , &*
 Lib. 1. ad *non nisi tempore perspecto detrahendum esse sangui-*
 Glauconem *nem asserit . Quamobrem non temere scribebat Hip-*
 Lib. de cu- *pocrates accessiones & consecutiones & æg̃s r̃s ètros*
 rat. per *id est , anni tempora indicare : temporique dandum a-*
 phleboto. *liquid esse . Denique vt mutationes temporum accu-*
 Aph. 12. *rata opera perpendamus , quoniam ex his varios mor-*
 lib. 1. *borum euentus prædicere liceat , his verbis hortatur .*
 Aph. 21. *Iam tempus expèdendū , num scilicet citius aut tar-*
 part. 5 *dus quam conueniat factum sit , & an pluuiosum*
 6. epi. *vel*

vel siccum, calidum vel frigidum, cum ventis vel
 citra ventos, quibusve ventis perflatum, & num in
 principio, medio, fine, vel assiduo, praterito aut prae-
 senti fuerit tempore. Ergo ad cognoscendum, ad prae-
 sagiendum, ad curandum, est anni temporum habenda
 ratio. Nisi contendas ex Galeni scriptis, tempus,
 quid sit agendum, nihil indicare, quod sanè verum est,
 non tamen sequitur anni tempora esse negligenda,
 medicumq; suum prestare munus sine temporis con-
 sideratione. Quamuis enim quid faciendum sit, nun-
 quam edoceant, quod tamen à facultate requiritur,
 interuertunt, & ne accipiatur impediunt, quem ad-
 modum testatus est Galenus. Tempus igitur primò
 non indicat, sed secundo, id est, facultatè & primas
 indicationes (quæ ab ipsis viribus & morbo sumun-
 tur) ab eo metimur, modumque cibandi sumimus.
 quænam verò sit anni legitima constitutio, quot an-
 ni tempora, & quomodo distinguantur, in sequenti-
 bus videmus, nisi dixerat à corpore & idem, id est, quantum
 unumquodque efficere possit, ut hyems pituitæ pro-
 creanda tempus opportunissimū, morbis iudicandis
 ineptissimum. Aestas contra bilem gignit, & crisi
 morborum inuat, morbis omnibus addit celeritatè,
 hyems, tarditatem, quòd scilicet æstate & discuti hu-
 mores, & vires dissolui cōringat, hyeme verò intus
 remaneant, veluti latibulis incubantes, & vires ser-
 uentur. Multū igitur differunt propter varias qua-

Obiectio
 4. metho.
 mendendi.
 solutio.

In lib. de
 opt. secta
 ad Thra-
 sybu.
 Eodem in
 loco.
 Aph. 17.
 lib. 1. aph.
 In 3. parte
 huius libri.

Aph. 25.
 lib. 2. aph.

IN LIB. HIPPOC.

In cōm. ad
lib. πτϵϛ
quosdāp.
Aph. 3.
lib. 3.

De natura
hominis.

Lib. πτϵϛ
quosdāp.
3. probl. 1.
sectionis.

In lib.
κατ' ἰν-
τελειωρ,
In 9. de
placit.
Hipp. &
Plat.

litates, quarum autor est aër, sicut diximus, & qua-
litatum mutationes quæ in eis contingunt, quæque
potissimum morbos vni consentientes, alteri verò re-
pugnantes pariunt, vt scribit Hippocrates in aphorif-
mis: quem locum Galenus explicans, per mutatio-
nes intelligit commutationes & alterationes tem-
peramentorum: vt si æstus in qua calor & siccitas
imperium tenere debent, ad humiditatem & frigi-
ditatem vergat, ver deperdat quæ ei debetur æqua-
litate, autumnus eandem nanciscatur, & hyems
æstu ferueat, hand dubiè multi procreabuntur morbi.
Aërem siquidem quem assidue inspiramus, atque a-
deo corpora nostra immutatur, humores varios in il-
lis generant, idq; potissimum in illis corporibus quæ
sunt ad patiendum & sustinendū apta. Nam simili
corpori similes spiritus similiter permixti & cōfusi
similes gignunt morbos, vt exemplo febrū commu-
nium docet Hippocrates. Hæc ab Aristotele confir-
mantur dicente, cum tempora euariant, rationē tunc
temporis diligentius habendam. Cæterum dixit tem-
pora nihil habere adinuicem simile, hoc est, non esse
similia, sed plurimum differre: vt indicaret similitu-
dines & dissimilitudines rerum de quibus suscipitur
institutio, medicis diligenter esse examinandas &
perpēdendas: vt scitè scriptum reliquit Hippocrates,
cui Galenus suffragatur. In simili nanque & disti-
mili, eodē & diuerso, proprio & communi, tota ve-
terum

terum dialectica, quæ nihil aliud est quàm rationis
 usus, cernebatur. Ob id Hippocrates partes affectas In progno.
 & in fra-
 cturis. cum bene valentibus esse conferendas admonet. Sa-
 nis enim quæ sunt prorsus similes, bene valēt: mul-
 tum verò dissimiles, deterrime sese habent, inquit
 Galenus. Hactenus de temporibus anni (sunt enim In commē
 & vitæ & morborū tempora) quæ ut venti
 ad aërem pertinent.

Textus 2.

Ἐπιτά δὲ τὸ πνεύματα τὰ θερμώτε καὶ τὰ ψυχρά. μάλι-
 στα μὲν τὰ κοινὰ πᾶσιν ἀνθρώποισιν. ἐπιτά δὲ καὶ ἐν ἐκάστῃ
 χώρῃ ἐπιχώρα ἔονται.

Deinde ventorum calidorum & frigi-
 dorū, maximè qui ex his omnibus homi-
 nibus sunt cōmunes, & mox qui in vna-
 quaq; regione sunt indigenæ & proprij.

Πνεύμα, αἴματος id est, ventus, quid sit, & quam In cōmēp.
 ad lib. de
 flatibus. ob causam spirāt venti, diximus. Nunc videamus

quo numero ventos complexi sunt veteres: ut eo-
 rum naturā penitus compertam habeamus. Hip- Hic, & in
 aphorif.

pocrates igitur videtur potissimum duos vētos ob-
 servasse, calidos scilicet & frigidos, quòd viribus
 potentissimis sint. quatuor verò sibi oppositos, sicut
 poetæ, deinceps ponit: Subsolanum, Zephyrum, Bo-
 ream, & Austrum. Peripateticorū magnus dux 2. Meteo.

Aristoteles undecim memorat, Plinius & Mar- ca. 47. lib.
 2. nat. hi-
 storia
 cus Varro duodecim cōstituumt, ut terni à quatuor

IN LIB. HIPPOC.

mundi cardinibus, penes quos distinctionem sumunt, erumpant, qui versibus his significantur.

Flant Subsolanus, Vulturinus & Euris ab ortu
Atque die medio Euronotus, Notus, Aphricus,
herent

Caurus in occasu, Argestesque fauonius afflant,
Tandem Aquilo, atque Mefes, Septentrio per-
flat ab Arcto.

Tres igitur ab ortu spirant, ut ab æquinoctiali
Subsolamus ventorum cardinalis, qui & Apeliotes
dicitur. Nascitur enim sub radiis phœbeis, dum
sol æquinoctiali circulo insidet: temperatus, suavis,

Fen. 2. do-
ctrin. 2.
sum. 1.

purus, saluberrimus, præcipue mane, inquit Aui-
cennas. Tunc enim purgatur aer, fitque subtilior.
Nec audiendos esse astrologos puto dicetes Subsola-

Ptol. text.
39. lib. 7.
de astro.
indic.

num ariditatis plurimum obtinere: nisi nomine Sub-
solani ceteros orientales intelligi velint. Nam cæ-
cias Vulturinusve dexterius Subsolani, ab æstiuo ex-
ortu veniens subcalidus est, & omnia magis desic-
cat. Euris à sinistro latere venit Subsolani, ab hy-
berno ortu prouens, minus calidus est & siccus:
quo flante omnia videri maiora testabatur Ari-
stoteles. vōtos auster plagæ meridianæ cardinalis, ab
hauriendis aquis dictus, calidus, humidus, magna
ex parte pluias & tempestates adfert, & flores sol-
uit. Aërem crassum, spissum, pestilentē fouet. quod
propter nec cellaria, nec ædes, nec granaria illi ape-

riri

viri debent: de quo hunc in modum scripsit qui librum sub titulo sacri morbi edidit: *Auster* incipit aërem compactum densare, ac diffundere. quomobrem non statim magnus spirat, sed primū lentē, & lenis est, quoniam aërem superare non potest qui prius densus est & compactus: sed temporis progressu ipsum dissolvit. Idem porrò & in terram operatur, & in mare fluuiosque, in fontes & in puteos, & quæ ex terra nascuntur, & quibus humor inest. Est autem in omni, in alio plus, in alio minus. Omnia autem hæc ventum sentiunt, & ex splendidis tenebrosa sunt, ex frigidis calida, ex siccis humida. Et quæcunq; in domibus vasa iuxta terram sunt cum vino aut alio liquore, ea omnia austrum sentiunt, & formam in aliam speciē transmutant. Solem vero, Lunam, ac sidera multo hebetiora quàm ex natura sunt reddit &c. *Euroauster* calidus, humidus, austro lateralis versus orientem, sic dictus quòd una ex parte habeat *Eurum*, ex altera *Austrum*. *Aphricus* non ita lateralis Austro versus occidentem spirat enim ab eius sinistris, sic dictus quòd ab *Aphrica* veniat. *Zephyrus* seu *fauonius* ventus ab æquinoctiali flat occasu, vesperi salubris, inquit *Auicennas*. Alio verò tempore an sit salubris, & verū bene dicatur *fauonius*, postea videbitur. *Argestes* à dextro *Zephyri* latere intonans. ab ipso enim ad *brumalem* partem recedit, hyemale occupans sol-

IN LIB. HIPPOC.

stitium . frigidus , humidus , tempestatis præsaſus .
 Caurus ſiniſtram tenet Zephyri . Septentrio Ven-
 tus primus obiectus aſtro , à polo flans arctico ,
 ſic dictus quòd ſub pluſtri ſeptem ſtellis originem
 ducat . frigidus , ſiccus . poros claudit , & aë-
 rem noſtrum purgat . Circius , Græcis Thracas , à
 dextra parte Septentrionis eſflans , niuis & gran-
 dinis eſt auctor . Aquilo , qui & Boreas , ex alto
 flans , gelidus atque ſiccus , minimeque pluuiioſus ,
 flores & teneros fructus ledit , vineas & floren-
 tes herbas vrit .

Orontius.

Recentes hydrographi , maximè qui verſantur
 ſuper oceanum mare vniuerſum horizon-
 tis ambitum in 32. ventorum partiuntur diſtributiones
 in 4. cardinibus ſolis cum veteribus conuenientes .
 Nam inter ipſos cardines quatuor , rursus ventos
 quatuor præcipuos ab eiſdem cardinibus æquè di-
 ſtantes conſtituunt : ſuntque octo numero : inter
 quos medios collocant ventos vna cum prioribus
 efficientes 16. hos tandem biſariam diuidunt , præ-
 cipuorumque ventorum quadrantes appellant .
 Verùm medici ſolas ventorum qualitates conſide-
 rantes , duodenario ſuere contenti . Qui à qua mun-
 di parte ſpirent , nubium motu deprehenduntur , vel
 aſtrolabo ſecundum quatuor mundi cardines pa-
 rato ita , vt eius facies appareat , ſi eius erigatur ha-
 ſtula : cui mobile vexillum obediens adhæreat , ſta-
 tim

tim ex qua parte vexillum incipit circumferri, cognoscitur ex eadem ventus efflare.

Præter ventos dictos communes, sunt & alij generales vel particulares. Generales quinque Typhon, Plinio vortex, præceps & ignitus ventus, locum ex loco mutans, & rotatim deorsum irruens, paleas & stragula circumuoluens. Est & Ecnephias, qui impulsu deorsum pondere aggrauat, rapida vertigine naues mergens. Idem illisu percussus, correpta secum in cælum refert, sorbetque in excelsum, homines etiam & pecora in altum nonnunquam attollit, arbores & saxa in syluis torquens. Differt Typhon ab Ecnephia, quòd ille latius & altius vagatur, fitque ex subtiliore materia, & absque diuulsione continuè perstat: hic humilior & angustior discurret ex spissiore materia grassans, & obuia quæque mouens. Tertius turbo vocatur, qui cum fragore cuncta prosternens erumpit. hic ab aliqua mundi plaga certò præscripta spirare minimè deprehèditur, sed è nube deuolui, quoties scilicet oppositi venti duo ex oppositis nubibus egressi, concurrentes impetu magno & perualido commiscantur, ac de victoria inter se concertant. Quanquam de vnius venti collisione ad angulosum aut cauum obstaculum etiam turbo fieri possit. Præter quartus cuncta tactu amburit, proterit, igneam vim obtinens. Quintus est aura, quæ

48. Cap.
lib. 2. hist.
nat.

IN LIB. HIPPOC.

nihil est aliud quã aër leniter impulsus . *Επιχόροι*
 hoc est proprij dicuntur , qui regionem solum per-
 flant , vel ab eadē spirant , vt Phasianis Cenchron ,
 Athaniensibus Sciron . Sunt præterea quidam (in-
 numerabiles) ex fluminibus aut stagnis aut fini-
 bus nominati . Sunt & alij proprij quibusdam tem-
 poribus , aut locis , velut Etesia , Orinthia , & Fa-
 uonij . Diebus enim quadraginta perflant Etesia ,
 incipiuntque octo diebus ante exortum caniculæ :
 de quibus plenius deinceps disputabitur . Post hos
 austri frequenter spirant vsque ad exortum Ar-
 cturi . Fauonius ver aperit . Ornithia seu auarij ,
 sic ab aduentu auium dicti septuagesimo primo
 die post brumam per nouem dies flant , inquit Pli-
 nius . Omnes dicti venti natura & origine , si cre-
 dimus Aristoteli , sunt calidi & sicci . Auctor ta-
 men de diæta contendit omnes ventos frigidos &
 humidos , quoniam è niuibus , glacie , gelu , stagnis ,
 fluminibus ac locis humidis proueniunt , ideoque o-
 mnes suapte natura refrigerant & humectant :
 verum pro locorum vnde vel per quæ spirant di-
 uersitate , magis vel minus . Nam qui ex paludi-
 bus ac niuibus ortum ducunt , humidissimi sunt .
 qui ex mari procedunt , sicciores his : ex locis medi-
 terraneis multo sicciores : ex montibus siccissimi .
 Ergo de prima origine loquitur auctor libri de diæ-
 ta : Aristoteles verò proximam materiam per-
 strinxit ,

C. 47. lib.
2. nat. hist.

2. Lib.

strinxit, quæ à regionum diuersis partibus per quas ducitur, immutari fortuito potest. Hinc ventus in vno loco siccus, in altero humidus esse potest. Præterea venti omnes validi, refrigerant, exiccant, serenitatem inducunt. Languidi calefaciunt, humectant, pluuias inuehunt. Boreas igitur propinquissimus validissimus natura & situ refrigerat, siccatur, serenitatem parit. quod docebat ille qui de sacro morbo librum scripsit, his verbis. Etenim aquilo compingit aërem, & turbatum ac nubilosum excernit, & illustriorem ac perlucidum facit. Eodem modo etiam alij omnes venti ex mari & aliis aquis proficiscentes. Ex omnibus enim rebus, atque adeo ex ipsis hominibus humiditatem ac tenebrositatem excernunt. Quapropter saluberrimus omnium ventorum aquilo existit. Ausler contra multum distat, ideo pluuiosus. Oriëntales, caloris & siccitatis moderate sunt participes, quia sol eos illustrat, matutiniq; temporis calor contemperat noctis frigiditatem. Occidentales inæqualiter refrigerant & humectant. De ventis vide Aristotelem, Auicennam, Vitruuium, Ptolomeum, Aërium. Quod verò ventorum constitutio sit medicis obseruanda, docet Hippocrates in epidemiis, cum ait, πρῶτα ὡσπύτως θερμότερον, ὑγρότερον, παχύτερον, λεπτότερον, ξηρότερον, ὑγρότερον. πικρῶν μένον μείοντε καὶ τὸ πλείον, ἀφ' ὧν αἱ μεταβολαὶ διαίαι ἐξ ὧν ἀνὸς ἔχουσι.

In 2. de
diata.

In meteo-
ris, in prob.
lib. de mun-
do ad Ale-
xandrum.
Cap. 172.
lib. 3.
Aph. 7.
par. 8. 6.
Epid.

IN LIB. HIPPOC.

id est, considerandum an ventus calidior, frigidior, crassior, tenuior, humidior, minusque aut plus impleat, & quid permutationes ex his in has possint. Habet enim ventus magnam vim ad morbos procreandos, ut scribit Aristoteles. Imò fieri nequit, ut sanum corpus seruetur, vel egrotum sanitatem recuperet, nisi legitimis ventis purgetur. Hinc sacri morbi autor censet morbum comitiale in ventorum mutationibus excitari. Quid verò calidi venti, quid frigidi valeant, ex alio loco tibi discendum erit, ubi nihil aliud agit Hippocrates, nisi quòd mala quæ ex ventorum mutationibus oriuntur, commemorat, cæterum dixit τὰ κοινὰ καὶ ἐπιχώρα. Id est, ventos communes & proprios seu patrios considerandos, quòd in his rationis usus cernatur, sicut dictum est.

Probe. 3. 1.
sectio.

Ex. 3. aph.
& sequet.

Textus 3.

Δεῖ δὲ καὶ τῶν ὑδάτων ἐνδυμῆσαι τὰς δυνάμεις. ὡς αἴτιον γὰρ ἐστὶ τῶν σωματι διαφέρουσιν, καὶ ἐν τῶν σαθρῶν, ἔτι καὶ ἡ δύναμεις διαφέρει πολὺ ἐκείνου,

Neque verò negligentio rem se circa aquarum facultates cognoscendas exhibere conuenit. Quemadmodum enim gustu differunt & pondere & statione, sic quoque virtute alia aliis præstant.

Homini bus aquæ copia non solum optatur ut

potent, verum etiam vt lauent, vt hortis, coriariis, fullonibus, cloacis, vt etiam imprimis subitis incendiolorum casibus abunde suppediter. Optima nimirum seligenda erit, quam potui des. Cæteræ denique vti quibusque conferant accommodabuntur. Aquam Theophrastus asserebat, quo frigidior est, eo plantis commodiorem esse: tum & lutosa & turbulenta, quæ præsertim delabitur à solo fertili, reddi agrum pinguiorem constat. Equi purissimis aquis non delectantur, muscosis tepentibusque pinguescunt. Fullonibus crudissimæ in pretio sunt. Apud medicos inuenio necessitatē aquæ ad tuendam mortaliū vitam esse duplicem: vnā, vt sitim sedet: alteram, vt quæ inter vescendum sumpserunt nutrimenta, quasi vehiculum perducatur in venas: qua depuratus inde succus coctusque in membra adigatur, vt scribit hac oratione Galenus. Atenim in hac quoque vena (de caua loquitur) multo adhuc humore tenui & aquoso plenus est sanguis. Vocat autem ipsum Hippocrates *ὄρυμα* *αἵματος*, id est, vehiculum nutrimenti: simul cum appellatione vsu quoque eius ostendens. Neque enim ex ventriculo in venas commode transsumi poterat chymus iam ex cibis factus, neque facile pertransire venas quæ sunt in hepate, & multæ, & angustæ, nisi tenuis quædam & aquosa humiditas tanquam vehiculum fuisset ei admista.

4. de vsu
partium.

IN LIB. HIPPOC.

Hunc itaque Usum præstat animalibus aqua. Si-
quidem ex ea nutriri nulla particula potest. Di-
stribui verò ex ventre, quod nutriturum est, non
poterat, nisi deductum fuisset à quopiam ita liqui-
do. Hic verò tenuis humor postquam suo officio
perfunctus est, euacuatur urinis, vel sudore, vel
postquam peruenit ad cauam venam sanguinis
fit serum, vtilitatis alicuius causa. Aquam verò
non nutrire, vires tamen recreare docet Galenus,
cū ait: Et quæ nullo pacto nutriūt, vt aqua ea vir-
tutem neque summe imbecillitare, neque roborare
quispiam verè dixerit: nisi id aliquando per acci-
dens contingat. Aqua siquidem non vt alimentū
vires recreat, sed bene vt medicamentum, ad tem-
peramenti symmetriam, quæ propter ipsius im-
moderationem imbecilla sunt reducēs, ad hæc quæ
nutriūt partes solidas humectāt. Igitur aqua, quæ
Galeno minimè partes solidas (ad quas nutritio
dūtaxat pertinet) humectat, nō nutriet. Nisi quis-
piam contēdat aquā omnia per omnia nutrire, vt
alibi scribitur. quod sanè verū est. Illic enim vide-
re licet ignem & aquā rerū omnium principia seu
causas esse, quòd in se cōtineant quæ omnīū rerum
sunt elementa, calidū scilicet & succū, frigidū &
humidū, ex quibus omnia conflantur, vt ipsemet
Hippocrates testatur. Ignē verò & aquam rerum
principia esse confirmat Plutarchus, sic quærens,
Quid

cōm. in. 3.
par. lib.
hipp. de
ratione
nēt. acut.

cō. ad. 14.
aph. lib. 4.
apho.

lib. 1. de
diata.

in lib. de
nat. hoīs.

Quid est quòd noua nupta cū in matrimoniu da-
 tur, ignē & aquā iubetur attingere? An quod vt
 in elemētis ac principiis eorū, alter maris, altera foe-
 minae locū tenet, & is principiu motionis inuicit, il-
 la verò subiecti ac materiae vim habet? Aqua igitur
 omnia per omnia nutrit, id est, igni cōiuncta cō-
 stituit oīa et cōponit: ex his veluti in matrimoniu
 coeūtibus perficiuntur omnia. Licet simplex aqua
 nō nutriat, eius tamē plurimū cōsumimus. Nā et in
 pane, & in p̄soniis & in potu, aquae vsus pluri-
 mus est, dicebat Aristoteles. Hinc aquarū mutatio
 grauis esse solet, eodē teste. Quare cū quotidianus sit
 aquae multiplex vsus, ciborumque vehiculū: quā si
 ademeris, omnia futura sint nulla, iure tenetur me-
 dicus aquarū genera, quae multa & varia per se
 sunt, tenere, earūque facultates perspectas habe-
 re. Sumuntur autē aquarū differentiae à substan-
 tia, sapore, odore, & colore. Optima siquidē neque
 gustu, neque odoratu exoticam referre qualitatem
 debet: ita vt neque sāl̄sa, neque acida, neque acris
 sit, neque grauit̄ olens, vel putris: minime coeno-
 sa, sed velut colata: careat musco viridi, fru-
 stulorūque nat̄antium sit expers: & omni labe
 pollutionis sit expurgata: colore perlucido. quae po-
 tabilis erit, si exurgat è loco ad orientem spectāte,
 per meatus mundos celeriter currat, per terrāmq;
 purā coletur: astate frigida, hyeme tepida, quaeque

1. probl. ab.
proble.

proble. 14.
lib. 1. &
4. degenera-
ra. anima-
lium.

13. probl.
eisdem.

IN LIB. HIPPOC.

eadē celeritate calefiat & refrigeretur. Talis enim aqua est tenuium partium, concoctu & distributione facilis, atque hypochondria celeriter transit: de qua Hippocrates: Aqua quæ citò calet, & citò refrigeratur, leuissima: quæ verò amara, salsa, aluminosa, foetida, aut alterius saporis vel odoris particeps, damnatur: inquit Galenus, dum sic scribit: Dico autem optimam aquam, & omni vitio carentem, quæ neque limi quicquam habet, neque male olet, & gustantibus nullam qualitatem præ se fert. quædam enim alienas qualitates permixtas habet, salis, aut nitri, aut sulphuris et bituminis & aluminis, quæ vitio nõ caret: possunt tamē corrigi. Idem scribit Dioscorides. Plinius quoque qui nostro Hippocrati videtur his verbis aduersari: Quædam statera iudicant de salubritate aquarum, frustrante diligentia, quando pererrarum est vt leuior sit aliqua. Quamobrem Galenus exponens Hippocratis aphorismum contendit Hippocratem vocare aquam leuissimam, non quæ pondere talis est, sed eā potius quæ ventrē non grauat, & quæ cito permeat. Id quod etiā docet Galenus hunc in modum scribens. Hippocrates aquam quæ celeriter calefcit, rursusque è vestigio refrigeratur, leuissimā esse existimat. Porò non pondere leuem diiudicat, verum quæ tenuium sit partium, nec grauatim contrariam admittat qualitatem. Neque enim in lutosis,

aph. 26.
lib. 5. aph.

1. sanita-
tis tuende.
Cōmēt. ad
10. apho.
part. 4. li.
6. epid.

cap. 9. li. 5
cap. 3.
lib. 31.
nat. histo.

26. lib. 5

in lib. de
pitissana.

rosis, aut male olentibus, aut quippiam medicamentosum gustatui imponentibus huiusmodi signū vsui esse potest, quod omnibus notum apertumque, sed in illis, quæ omnibus hisce qualitatibus careant, nō tamen negamus leuiorem pondere (σαθμὸν vocāt) ceteris paribus meliorem esse, sicut de aqua celesti videbitur: vbi quæ nā aqua sint salubres, quænam verò fugiendæ, declarabitur.

Textus 4.

Ὡς ἐς πέλιον ἐπειδὴ ἀφικνηταί τις, ἢς ἀπιεὶς ἔστ, διαφρονῶσαι καὶ τῶν δέσιν αὐτέης, ὅπως κέεται, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα, καὶ πρὸς τὰς ἀνατολάς τοῦ ἡλίου. ἢ γὰρ τῶν αὐτῶν διαταται ἢ πρὸς βορείην κέεται, καὶ ἢ πρὸς νότον, καὶ ἢ πρὸς ἡλίον ἀνίσχοντα, καὶ ἢ πρὸς δύνοντα.

Quare si quis ad urbem sibi incognitā peruenerit, circūspicere oportet eius sitū, quomodo scilicet ad ventos & solis exortum iaceat. Non enim æquales vires sunt ad septemtrionem sitæ, & vergentis ad austrum: neque eius quæ solem exorientem, & quæ eūdem occidentem spectat.

Regionem veteres, vt omni nocuo liberam, & commoditatibus refertissimam haberent, maxime elaborabant. Atque in primis cœlum ne habituri essent graue & infestum, omni diligentia præcauebant, prudenti & permaxime necessario consilio. Nam terram & aquam, si quid in se vi-

IN LIB. HIPPOC.

tij habeant, arte & ingenio corrigi posse non negant: cœlum verò nulla ingenij ope, nullâque hominum manu emendari satis posse assueverant. Et omnino spiritus anhelitus, quo vno maxime vitâ ali seruarique sentimus, mirificè ad sanitatem confert, si erit perquam purissimus. Tum & quantâ habeat coelû in gignendis, producendis, alendis, seruandisque rebus vim, quis est quem id fugiat? Quoniam & præstare ingenio eos qui cœlo fruuntur puriore, quam eos qui crasso & madeti. Quæ vna res effecisse potissimum creditur, vt Athenienses acumine ingenij multo præstiterint Thebanis, &

in Timæo. Aegyptij Cyteris, inquit Plato. Aërè purum dicimus cum Galeno, qui nec stagni nec paludis habitu sit infectus, nec ex profundo specu pestilentem auram spiret, qualis circa Hierapolim, alibi que terrarû visitur: nec qui ex cloacis quæ urbē aut numerosum exercitû purgant, vitium cõtrahit, qualis extra ianuâ montis martyrum Parisiis cernitur. Nec qui ex animalium, leguminû aut olerum putredine aut fimo coinquinatur. Nec qui editis vndique montibus in cauo loco clausus nullum recipit perflatum. Suffocans enim putrisque est, similis ei qui in domibus quibusdam est inclusus, in quibus ob putredinem, & perflatus defectû plurimus acernatur situs. Ideo declinâdus est aër qui singulos præfocare videtur, & cor quasi comprimere,

in. I. sanitatis tuenda.

mere, in quo homines male colorati, languidi, vitæ
 breuis, variis morbis corripuntur, cuiusmodi sunt
 grauedines, anginae, lippitudines, resolutiones, apo-
 plexia, surditates, capitis dolores. Item feculentus,
 foetidus, turbulētus, multis animalculis corruptus
 aër nocet omnibus, maximè verò languidis, vale-
 tudinariis, aduenis, debilia habentibus capita, &
 his quorum corpus multis scatet excrementis, in-
 temperatis, gulosis, vinosis, ociosis, studiosis sene-
 ctutem accelerat, vitam abbreviat, morbos parit,
 &edium cibi tristitiámque affert, languidum cor-
 pus sustinet, & male coloratum. Contrà bonus
 omnibus prodest. Quorsum hæc? ut his instructus,
 non illotis, ut aiunt, manibus & pedibus medicus
 ad urbem sibi incognitam perueniat, sed eius sitū
 circumspiciens, statim intelligat aërem quem re-
 spirant urbani, salubrem, vel noxium. Est autem
 situs (sicut appellant) ad coelum & ad ventos ha-
 bitudo. non enim æquales sunt vires urbis sitæ ad
 septemtrionem, & vergentis ad austrum: quando-

ca. 4. lib.

17. histo.

natu.

quidem Plinius scribit aquilonem omnium ven-
 torum ad bonam valetudinem restituēdam atque
 conseruādā accommodatissimum. hoc signo du-
 ctus, quòd arboribus austrum spectatibus celerius
 folia defluant, serius aquilonem. Dicitur urbs ad
 septemtrionem iacere, quæ montem ad meridiem,
 ipsa verò ab aquilone est detecta. Contrà dicitur

IN LIB. HIPPOC.

apho. 17.
li. 3. apho.

Vrbs ad austrum vergere . cuius habitatio præ cæ-
teris generi hominum noxia putatur . Imò pecudè
austrò flante non sine periculo esse in pascuis arbi-
tratur : & Ciconias non se temere austrò commit-
tere obseruarunt . Est enim calidus , humidus , cras-
sus , putredinis autor : ob id auditum hebetat , cali-
ginem visui offundit , caput grauat , tarditatem &
languore inducit , aluos humectat , nocet iuncturis
& partibus inferioribus , hebetiora facit ingenia .

Vrbes orienti soli , & ei parti vnde sol emergit ,
exponuntur , quæ ab occidente montem habent , so-
lem verò orientem spectant ; idque saluberrimè , vt
postea videbimus . Quæ verò occidentem solem re-
spicit , duntaxat se salubriter habet , dum vesperi
spirat Zephyrus .

Textus 5.

ταῦτα ἢ ἐν θυμῷ μέγιστον ὡς κἀλλιστα , καὶ τῷ ὕδατι τῶν ἀεὶ ὡς
ἐχούσῃ , καὶ πότερον ἐλώδεσι χεῖρονται , καὶ μαλακοῖσιν ἢ σκλη-
ροῖσι τε καὶ ἐν μετεώρων καὶ ἐν πεβωδέων εἴτε ἀλοικοῖσι καὶ
ἀπερῶνοισιν .

Hæc itaq; diligenter oportet perscruta-
ri , ac simul quomodo circa eam habeant
aquæ , nümne palustribus vtatur vel mol-
libus vel duris ex sublimi loco prolaben-
tibus & scaturientibus ex petris , siue falsis
& crudis .

Non solum aëris , & ventorum aërem purgã-
tium

tium vel corruptentium, sed etiam regionis & aquarum diligenter est habenda ratio. Plurimum enim interest utrum hac vel illa utaris aqua: quæ etiam eodem in loco diuersa esse solet (eius namque qualitas secundum loca in quibus scaturit, vel per quæ fluit, variatur) nam palustrium usus maxime fugiendus, ut quæ sunt odoris ingrati, saporis putridi, coloris atrii, æstate calidæ, hyeme frigidæ: quod signum est malitiæ aquarum. Ventres perturbant, a vesica tarde descendunt, & sæpiissime dysenterias prouocant, *μαλακὰ ὕδατα*, hoc est molles aquas, radiis solaribus illustratas, coctas, et veluti subactas vocat: quæ si nimis coquantur, ut æstate palustres, & quæ in regionibus calidis versus austrum fluunt, erunt insalubres: quod parte tenuiore assumpta crassior subsideat. si verò mediocriter, ut quæ versus orientem suum cursum ducunt, non erunt contemnendæ. *σκληρὰ*, si, duras, appellat terrestres, limosas, quæ non facile diuiduntur, cuiusmodi sunt septentrionales & occidentales, vel ab effectu graues & duræ nominantur, quod ventriculum infestent, & à potu quoddam onus plures sentiunt, inquit Galenus. *ἐν μετέωρον τόπων*, id est, ex sublimi prolabantur loco, quæ in montium vertice, vel circa verticem scaturiginem habent, suauiores & dulciores, boniq; odoris, ad usum aptissimæ, si nullum adsit aliunde vitium. Quæ verò *ἐν πεδωσίων*, id est,

autor libri
de bonitate
aquatū.

comm. ad
10. apho.
parti. 4.
6. epid.

IN LIB. HIPPOC.

ex petris scaturiunt, terra non inficiuntur, & putredine terrestri minimè corrumpuntur. salubritati igitur corporis accommodatissima, quæ per saxa deuoluuntur, modo sit omnis alia noxa sublata. ἀλμυρὸν ὕδωρ, id est, salsa aqua, exiccat & emaciat, sanguinè labefactat, pruritū gignit atque scabiē. ὀρέγματα ἰσχυρὰ, id est, crudas aquas, vocat cōcoctū difficiles, quibus crassities & impuritas frigore inducta, per coctionē nodū superata est. Est, enim frigoris cōprimere, cōstringere, & in duritiē cogere, dicebāt Galenus & Aristoteles. Ceterum aquæ inueniendæ modum sic tradit Palladius, cū ait: Nunc si deest aqua, eam quærere & inuestigare debebis: quā taliter poteris inuenire. Ante solis ortū his locis quibus aqua quærenda est, æqualiter pronus, mēto ad solum depresso iacens in terra spectabis orientem: & in quo loco crispum subtili nebula aërem surgere videbis, & velut rorem spargere: signo aliquo vicinæ stirpis aut arboris prænotabis. Nam cōstat siccis locis vbi hoc fiet, aquam latere. Sed terrarum genus considerabis, vt possis de tenuitate & abundantia iudicare. Creta tenues nec optimi saporis venas creabit, Sabulo solutus exiles, insuaues, limosas, & spatio altiore submersas. Nigra terra humores & stillicidia non magna ex hybernis imbribus & liquore collecta, sed saporis egregij. Glarea mediocres & incertas venas, sed suauitate præcipuas.

5. simpl. 6.
ca. 4. meteororum.

cipuas. Sabulo masculus, & arena: & carbunculus
 certas, & vbertate copiosas. In saxo rubro bo-
 nae sunt. Sub radicibus montium, & in saxis sili-
 cibus vberes frigidae salubres. Locis campestri-
 bus salsae graues, tepidae insuaves: quarum sa-
 por si optimus fuerit, noueris eas sub terris ex-
 ordium de monte sumpsisse: sed in medijs cam-
 pis montanorum fontium suauitatem consequen-
 tur, si vmbtantibus tegentur arbutis. Sunt &
 haec signa vestigandae aquae, quibus tunc credi-
 mus, si neque lacuna est, neque aliquis ibi ex con-
 suetudine humor insidet, aut praeterit. Iuncus
 tenuis, salix syluatica, alnus, vitex, arundo,
 hederáque si qua humore gignuntur. Lo-
 cus ergo vbi supradicta repereris, fodiatur lati-
 tudine pedibus tribus, altitudine pedibus quin-
 que, & proximè solis occasum. mundum vas ibi
 aereum vel plumbeum interius vinctum inuer-
 sum ponatur in solo fossionis. Tunc supra fossae
 labra crate facta de virgis ac frondibus, ab-
 ditaeque terra spatium omne cooperiatur. Sequen-
 ti die aperto loco, si in eodem vase sudores intrin-
 secus inuenientur, aut stillae, aquas ibi esse nõ dubi-
 tabis. Item si vas fictile siccum neque coctum eadem
 ratione ponatur, ac similiter operiatur, altero verò
 die si aquarum vena est, in praesenti vas concepto
 humore soluetur. Item vellus lanae aequè positum

IN LIB. HIPPOC.

vel cooperitur, si tantū colligit humoris, ut alia die fundat expressum, copias inesse testabitur. Itē lucerna oleo plena & accensa si ibi similiter tecta ponatur, & die sequenti inueniatur extincta superantibus alimentis, aquas ibidē locus habebit. Itē si in eo loco focum feceris, & terra vaporata humidum fumū nebulosumque ructauerit, aquas inesse cognosces. His itaque repertis, certa signorum firmante notitia aquæ caput requires: vel si plura sint in vnum colliges. Tamen maxime sub radicibus montium in septentrionali parte quærendæ sunt aquæ, quia in his locis magis abundant.

Textus 6.

Καὶ τὴν γῆν, πότιον ἢ κλάτη καὶ ἀνδρος, ἢ σασιὰ καὶ ἔφουρος, καὶ εἴτε ἐν κοίλω βῆσι καὶ πυρρῶ, εἴτε μετέωρος, καὶ ἰσχυρή.

Terra etiā ipsa consideranda, nudāne sit, & aquis carens, aut densa & aquosa, & an cōcaua sit, & estuosa, vel alta & frigida.

Terra cuiusmodi sit, refert, & ad quā rem bona, an non bona sit. Ea tribus modis dicitur, communi, proprio, & misto. Cōmuni, ut cum dicimus orbē terræ, & Italiā terrā, aut quam aliam. In ea enim & lapis & arena, & cætera eius generis sunt in nominando cōprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo neq; cognomine adiecto appellatur. Tertio dicitur

Varrō.

tur terra in qua feri quid potest & nasci, ut argil-
losa, aut lapidosa, sic & alia, cum in hac species
sunt nō minus multæ quàm in illa communi pro-
pter admistiones. In illa enim, cū sit dissimili vi ac
potestate, partes permultæ sunt, in quæ lapis, mar-
mor, rudis arena, sabulo, argilla, rubrica, puluis, cre-
ta, glarea, carbunculus, id est quæ sole perferuet ita
ut radices satorum comburat. Iam omnis terra
vel est valde lapidosa, alia mediocriter, alia pro-
pè pura: humidior, aridior, aut mediocris. Item cā-
pestris, collina, montana: quibus singulis senæ spe-
cies contribuuntur, macrum, pingue, solutum vel
spissum, humidum vel siccum: quæ qualitates in-
ter se mistæ vicibus & alternatæ, plurimas effi-
ciunt terrarum varietates: quas omnes ex arte te-
netur prænoscere medicus, tum ad aquas discernē-
das, sicut dictum est: tum ad dignoscendum triti-
cum, cæteraque omnia ex quibus alimentum pe-
titur. Non enim omnia fert vna tellus, sed alio so-
lo gaudent alia. Præterea ex terræ qualitate ar-
gumentum de aëre capitur: ut terra rubra osten-
dit aëris bonitatem. Sit igitur medicus rerum na-
turæ sagacissimus, declinationum mundi non
ignarus, ut exploratum habeat quid cuique pla-
gæ cōueniat, quid repugnet: siderum ortus & oc-
casus memoria repetat: ut imbribus ventisque im-
minentibus qualis sit futurus aër, præuideat. Coeli

IN LIB. HIPPOC.

Et anni presentis mores intueatur. Neque enim
 eundem semper velut ex prescripto habitum ge-
 runt: nec omnibus annis eodem vultu venit aestas
 aut hyems: nec pluuium semper est ver, nec hu-
 midus autumnus. Quae omnia pernoscere sine lu-
 mine animi, Et exquisitissimis disciplinis, quales
 sunt physica, astrologia, geographia non quaequam
 posse crediderim. Iam ipsa terrae varietas, Et cu-
 iusque habitus, quid nobis neget, quid promittat,
 erit medici discernere: cauebitque ne color ei im-
 imponat: de qua re consule Plinium. Sed tem-
 pus est ut ad Hippocratis textum veniamus, qui
 terram vocat *ἄγνη*, id est, nudam, nihil gignentem,
 arboribus vinetis herbulisque minime virescen-
 tem Et ornatam. *αἰθρῶς* dicitur inaquosa, sitibū-
 da, Et aquis carens, cuiusmodi solet esse sterilis.
δοξεία, quae syluis Et arboribus umbrosis tegitur,
 vel consita est. Sunt enim nonnullae arbores quae
 ventos, ne aërem purgent, impediunt, vel eidem oc-
 culta iniuria nocent: ut nuces, ficus, taxus, Et a-
 mari corticis arbores, quae corrumpunt aërem, ut
 quaecumque atrum odorem praese ferunt Et emit-
 tunt: quod similiter de herbarum generibus male
 olentibus dici potest, sicut sunt eruca, caules, Et
 abrotanum. Plinius scribit arborum quae sunt lō-
 go pediculo, umbram esse leuem, cuiusmodi sunt
 populus, vlmus, platanus: sicut earum quae bre-

cap. 5. lib.
 17.

cap. 12.
 lib. 17.

ni, grauem & noxiam. Item quæcunque im-
 brem dum defluit admittunt, salubriores putan-
 tur: quæ verò proiectu frondis ita diffundun-
 tur, vt per ipsas non diffluant imbres, stilla sæ-
 ua est & venenosa, vt abies, pinus. Quæ igi-
 tur syluæ ex his constant, aërem coinquinant.
 Ergo plurimum intererit an has vel illas arbo-
 res alat terra. ἰσχυροῦς aquosa dicitur, mariti-
 ma, vel quæ fluminibus abundat. Ex his, quæ
 velocissimo cursu descendunt, aërem attenuant,
 corpora macilentia reddunt, gracilia, mobilia,
 & crudeles homines & infidos alunt. Cœnosa
 verò, & quæ tardo lapsu feruntur, corpora
 minus valida minúsq; sana sustinent: homi-
 nes tamen mansuetos & fideles. Mare sua sal-
 sedine putredini resistit. Ostia per quæ flumina
 mare admitit, aërem perturbant: quòd dum mare
 æstuat (quod singulo quoque die fit duodecim ho-
 ris) aqua retinetur, & in halitus vertitur aërem
 corrumpentes. ἰσχυρὸν εἶτε ἐν κοίλῳ ἔστι καὶ πνιγνρὸν. hoc
 est an in cauo, & æstuosa suffocans ve. Est autem
 terra in cauo, quæ inter montes & in cõualle est
 abdita. hæc sine vlla dignitate delitescit, et perspe-
 ctus amoenetate intercepta nullã habet gratiã. im-
 brium ruinis obruitur. immodico imbibito humore
 cõtinuò madescit, & terrenũ vaporem valetudini
 hominũ vehemeter molestũ a siduè effumat. Non

IN IIB. HIPPOC.

illic igitur valebūt ingenia, spiritibus hebetatis: nec illic durabunt corpora. Tū si eò ingreditur sol, vndiq; reciprocatis radiis torrebuntur & suffocabūtur. Si non excipiat soles, crudescunt umbra atque torpebunt omnia. Adde quod si vētus eò penetrat quasi canalibus coarctatus, durius & molestius quam par est furit. Si non ingreditur, fit vt concretus illic aēr lutescat. Terram huiusmodi concanam possumus non indecenter lacunā stagnūm veputare aëris, Rectē igitur inquit, an concava sit, καὶ σπιγρὴ, id est, suffocans: in qua quis non potest respirare, ac premitur angustia spiritus, à verbo σπιγρὴ, hoc est suffoco. εἰτε μὲν τὸ εὖ καὶ ἄνεμος, id est, alta & frigida, quæ vētis assiduis perflatur, illicque solis radius deficit & lāguescit, vnde frigida. Porro sub extremis dictis terris medias intelligere oportet, cuiusmodi est plana, quæ fluminū & aquarum cōmoditatē præstat, quæq; æstate feruet, & hyeme alget, vndique Solis radiis & ventis obuia. Sed vt exemplar afferamus, eam præscribere placet urbem, quam omni ex parte futurā commodam doctissimi arbitrabuntur: in cæteris tēpori & rerū necessitati obsequentes illud Socratis tenebimus: vt quæ res ita per se constet, vt nisi in peius nequeat immutari, esse hanc putemus optimam. Itaque esse oportere urbem eiusmodi statuimus, vt incommodorum nulla adsint: & si quæ res ad vitæ necessitatem

necessitatem optentur, nullæ desint. Habebit agrum salubrem, latissimum, varium, amœnum, feracem, munitum, omni fructuum copia refertum, omni fontium scaturigine splendentem & ornatum. Aderunt flumina, marisque opportunitas patebit, unde commodissime siquæ desint contrahatur, & quæ supersunt exportentur. Hanc his signis deprehendimus, si senes numero plures grandes alat, si formosam & validam iuventutem, si integro & frequenti partu abundet, si pueros partus & nullis monstris foedatos det: si denique iumenta & pecora firmissima membrorum amplitudine multa fuerint, si grandes arbores & multæ. Denique pecudum iecur pingue rubrum cum adipe candido, testatur locum salubrem.

Textus 7.

Καὶ τὴν διαίτην τῶν ἀνθρώπων ὁκοίη ἡδὺν. πότερον φιλοπότου καὶ ἀεισχηταὶ καὶ ἀταλαίπωροι ἢ φιλογυμναστώτε καὶ φιλόπονοι, καὶ ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι.

Hominum insuper diata perquirenda, qua maximè capiantur: an bibuli sint, & lurcones, & ocio dediti, aut exercitiis variis vtentes, & tolerantes laborum, ciborumq; plus appetētes quàm poculorum.

Per τὴν διαίτην intelligit victum, seu viuendi rationē: quæ non solum in cibo & potu, sed etiam

IN LIB. HIPPOC.

Gale. in 3. somno & vigilia, motu, quiete & animi perturbationibus cernitur. aërem excipimus, de quo dictum est. Morbos enim alios à victus genere, alios à spiritu quem trahentes vivimus, provenire dice-

Lib. de flatibus, & de natu. hom.

bat Hippocrates. Nam cum vna ægritudine complures eodem tempore homines corripiuntur, causam ad id reiicere debemus, quod maxime commune, quoque omnes vitimur. Id autem spiritus est quem accipimus reddimusque. Tunc enim victum nostrum nequaquam in causa esse, manifesto constat, cum morbus omnes pariter attingit tam iuniores quam seniores, tam foeminas quam mares, tam temulentos, quam abstemios, tam qui hordeaceum quam qui triticeum in cibatu sumunt panem, tam qui parum quam qui multum laborant. Ergo non victus rationi in causa ponendum est, cum homines quoque vescedi modo vitentes, in eandem incidunt agrotationem. Cum verò eodem tempore diuersi morbi gignantur. sine dubio victus cuiusque culpa est. Oportet itaque eum cui in animo est duo morborum genera cognoscere, & eadem profligare, aëris naturam per causas & effectus perspectam habere: similiter quæ sit diæta indigenis, cognoscendum: ut inspecta hominum natura, etate, forma, anni tempore, & morbi genere, victum mutare, & remedia facere modo demèdo modo addendo possit. Quamobrem ciborum & potuum cæterorumque similium facultates cogitas

gnitas habere debet priusquam victus ratione mor-
 bos curare possit. Ille verò male viuit, & in victu
 peccat, qui plures cibos siccos vel humidos corpori
 dat, quàm ei ex vsu sit, vt cum plures & viribus
 differētes quispiam sumit: quemadmodum testatur
 Hippocrates: cuius interpres Galenus profitetur, Lib. πτη
 φῶσαν.
 moderatam, & quæ vitio caret viuēdi rationem, 2. De ali-
 mentis.
 calamo describi non posse, sed tantum experientia
 cognosci. πότῳ φιλοπόται ἢ ἀεισηταὶ ἢ ἀταλαίπωροι,
 hoc est, vt vt φιλοπόται potatores, comessatores & delicati:
 vt φιλοπόται seu bibuli sint egregij potatores, qui ex
 crebra bibacitate ac temulentia frigidis accumu-
 latis humoribus refrigerantur: quemadmodum ver-
 bis his testatur Galenus: nec vinū semper calefacit: Lib. 3. de
 tempe.
 sed vbi plus bibitur quàm vt vinci possit, tantum
 abest vt animal calefaciat, vt etiā frigida vitia gi-
 gnat: quippe apoplexia, paraplexia, caros, comata,
 resolutio neruorum, comitialis morbus, conuulsio,
 tetanus, immodicum vini vsu comitantur. At-
 que hæc sunt eximia temulentia & ebrietatis dete-
 standæ præmia. Hinc Aristoteles dixit immodicū
 vini potum calorem natium extinguere, homines
 insanos efficere. Princeps Arabū scribebat, ebrie-
 tatē iecoris & cerebri temperamentū labefactare,
 & ad neruorum morbos perducere: stuporem, erro-
 res, obliuionem inducere. Est autem potus triplex,
 simplex, nutriens, & medicamentosus. ἀεισηταὶ ἀ

IN LIB. HIPPOC.

Gale. de
usu par-
tium.

In 2. aph.
37.

Primo de
ratione vi-
sæ in mor-
acis.

2. Aph.
par. 4. 6.
Epid.

Verbo ἀειδίω id est, prandeo, lurcones, gulosi, comessatores, ut hepate sunt magno, ita sepe ventre frigidō, qui plus appetunt quàm concoquere possint. Hi multis morborum generibus sunt obnoxij, nec longævi esse possunt. Vbi enim cibus præter naturam plus ingestus est (ut ait Hippocrates) hic morbum facit. Non satietas, non fames, nec aliud quod modum excesserit, bonum. Hinc propter satieta-tem immodicam deprauatur totius corporis figura, calor suffocatur: ad quã sequuntur accidentia hæc, inflatio, ventris solutio, deiecta appetentia, capitis grauitas, mentis perturbatio, dolor aurium, stomachi compressio, melancholia, cholicus dolor, vitium splenis, hepatis, articularū, febres. Quapropter subtractioni magis studendum quàm adiectioni scribebat Hippocrates: cuius sententiam Galenus enar-rans sic inquit: Quod plus est, exuperatque, noxat interdum inemendabiles facit. Verum quod minus est, facile emendatur. Præstat igitur omnium primò ad sanitatem tuendam, ne cibus satiemur, id est, ne vsque ad satieta-tem cibos ingeramus. fieri enim non potest quin vbi palato gratificatus fueris, corpus graues. Hinc est quòd ingurgitationem illam gulæ-que intemperantiam tot morbi sequantur. Proinde sanitatis est non satiari cibus, & impigrum esse ad labores, ut scite scripsit Hippocrates. Qua de causa querebat Aristoteles, cur cibum quidem subtra-
here,

here, laborem verò augere, ad valetudinem tuendam confert? An quia (inquit) causam egrotandi Probl. 47. sec. 1. excrementorum habet nimietas, quæ tunc exultat, cum aut cibus superest, aut labor deest. Vnde hoc in loco noster Hippocrates hortatur ut medicus pendat an à τὰ λοιπὰ ἐστὶ, hoc est ocio sint dediti, nam ad valetudinem custodiendam maximum nocuum affert omnimoda corporis quies, cruditates parit, vitiosorum in corpore humorum copiam procreat, ut fusius docet Galenus, inertem calorem, ignavos spiritus, ad omne sensus & mentis naturæque functiones segniores facit, corpus univsum depravat, languidum, molle infirmumque reddit, ut tandem verum sit illud Ovidij.

Lib. de ench. & encochy.

Ignavaum corrumpunt ocia corpus.

ἢ φιλογυμναστικῆ καὶ φιλόπονοι. Hoc est, aut exercitationis cupidi, seu amantes exercitationem, & tolerantibus laborum. Est autem exercitatio motus vehemens, sicut est saltus, disci iactus, cursus, umbratilis armorum meditatio, pilæ ludus, equitatio, gestatio, nauigatio, & eiusmodi. Vehementia hinc cognoscitur, cum spiratio mutatur: quod certè non omni ex æquo per eandem motionem contingit. Vnde fit ut idem motus vni quidem exercitatio sit, alteri non sit. Metiri igitur quisque debet motationem, atq; tum demum se exerceri putare, cum spirationem senserit immutari. Cæterum qui sanita-

IN LIB. HIPPOC.

tis studio tenentur, ij exercitationum curam precipuam habebunt, quod illarum maxima sit commoditas. Tria enim potissimum ab his in corpore exercitando perficiuntur. Instrumentorum durities ex mutuo ipsorum attritu. Caloris augmentum, & spiritus citatior vehemētiorque motus. Sequuntur vero hæc aliqua etiam particulatim commoda. Instrumentorum duritiem, cum ut minus ex labore afficiantur, tum ad actiones robur. Caloris augmentum tum deducendorum in corpus validus attritus, tum immutatio magis expetita, tum nutritio magis felix tum ut singulae corporis partes sint perfusæ: cuius beneficio solida mollescere, & humida tenuari, & exiguos meatus laxiores fieri accidit. Ob spiritus vehemētiozem motum expurgari meatus necesse est, & excrementa expelli. Porro ad exercitationem tempus optimum est, cum hesternus cibus fuerit perfecte confectus duplici cōcoctione, & ea quæ in ventre, & ea quæ in vasis agitur: & iam denuo cibandi tempus instat. Est & aliud exercitandi genus ad animū pertinens. Videndum an φιλόπονοι, id est, diligentes amantesq; laborum. Nam qui assueuerūt solitos ferre labores, etsi inualidi sint & senes, facilius ferūt quàm qui non sunt assueti, quamuis robusti & iuuenes. Ut enim in cæteris, sic in laboribus non parū momenti habet consuetudo, quæ ut vulgo fertur, altera est natura, teste Gale-

In 2. sani-
ta. tuenda.

In 2. de
dieta.

Aph. 49.
lib. 21.

Apho.

In 2. de
motu mus.

o. 3. lib. 1.

no. qui-

no. quibus consentit Celsus cum ait: Omnem laborem facilius vel puer vel senex consuetus quam insuetus homo sustinet. Eius rei nulla alia causa, nisi quod corporis partes exercitatae sint robustiores.

Laborare igitur debet quilibet: alioqui edens sanus esse non poterit. Contrarias enim vires inter se habent cibi & labores: verum inter se mixti conferunt sanitatem. Labores ea quae insunt consumere solet, ad cibi verò & potus ea quae euacuata sunt explent.

Oportet autem, velut par est, laborum vim praenoscere tum naturalium, tum eorum qui per vim fiunt, & qui ex ipsis carnes in augmentum praeparant, & qui in defectum. Non solum haec, sed etiam usuram ac proportionem laborum ad multitudinem ciborum.

& hominis naturam, & corporis staturas, & aetates, & ad tempora anni, & ad mutationes ventorum, & ad situs regionum in quibus degunt, & ad anni constitutionem ac statum. Itaque dicebat Hippocrates malam dietam esse, cum multitudini ciborum labor non respondet. Ceterum laboris etsi multa sint commoda, dicatque Hippocrates cibos laborem

precedere: sunt tamen & eius incommoda. Nam labor immoderatus, siue supra corporis vires, morbos infert. Multa quippe defatigatio spiritus viriumque substantiam exhaurit & dissipat, tandemque corpus refrigerat, musculorum, nervorum & vinculorum robur dissolvit, membranas interdum laxat

In prima
de dieta.
Lib. de flatibus.
In 6. Epist.

IN LIB. HIPPOC.

& diuellit, vt enterocelen excitet. Sed vt viscera
 concutiens, tenues plerumq; Venas dirumpit: ex qui-
 bus euictiones, vomitiones, & expuitiones cruetæ,
 pleuritides, peripneumoniae, aliique morbi. Sangu-
 nem vniuersum ita plerunq; in venis diffundit,
 vt concalfactus liquatusque propriis conceptaculis
 coerceri haud possit: sed his apertis foras excidens,
 partibus phlegmonas infligit: aut si coercetur, capi-
 tis dolores, pulsationes, synochosque febres excitat:
 corruptos autem humores qui alioqui tranquilli, i-
 gnobili loco conclusi, & quasi consopiti teneban-
 tur, quiq; à natura tempore concoqui, domari, ac
 demum blande excludi poterat, irritat, & quasi in
 furorem agit, qui postea tanquam mota camarina
 retro vapore corpus laceffunt: sed & ipsi quoquo-
 uersum effusi scabiem, tubercula, omnis generis ab-
 scessus, putridas febres, alui profluvia, vomitiones,
 morbosque multiplices & varios inuehunt, quos
 adiuvant flatu, vel eos generat. Impura igitur ple-
 thoricâque corpora laborem ne subeant: quod doce-
 bat Aristoteles sic querens: *Quam ob causam tu-
 bercula & vlcera nonnullis ex labore proueniunt?*
*An corpore impuro motus concalfaciens excree-
 menta, alia etiam cum sudore vaporatim destrin-
 git, quæ crassa & humore praua, hoc est acuto aut
 amaro aut salso contenta secerni penitus suam ob
 concretionem non possunt. itaque per carnem intum-
 mescunt*

Proble. 27
 lib. 5.

mescent atque exulcerantur propter amari humo-
 ris violentiam. $\kappa\iota\ \epsilon\ \delta\omega\delta\iota\ \kappa\iota\ \alpha\ \pi\omicron\tau\omicron\iota$, hoc est, ciborum
 plus appetentes quã poculorum. Fit appetentia cibi
 potius quã potus ab immodica corporis inanitione,
 vel stomachi frigore. Inanitio verò vi caloris na-
 tui corporis substantiam dissipantis, aut retentricis
 facultatis impotentia, & expultricis robore, cutis
 raritate nimia & substantiæ quæ per halitum di-
 geritur tenuitate, præterea & immodica alui deie-
 ctione. Refrigeratur stomachus aut ab humoribus
 acidis ac frigidis, aut sola frigida qualitate. Vtrum-
 que stomachum rodit, affectionemque suctioni si-
 milem efficit, proinde famem excitat. Si igitur fri-
 gus in stomacho quis sentiat, aut acidum ructet,
 immodicèque frigidis cibus ac potu vsus sit, aut re-
 bus aliis refrigerandi vi præditis, ciboque ventrem
 immodico repleat, appetentiam à frigore potius quã
 ab inanitione proficisci conuicere licet. Sin solito
 tempore citius appetat, ac frequentius, minimèque
 corpus alatur, imò potius euacuetur, nec adsit nec
 præcesserit alui profluuium, aut alia immodica eua-
 cuatio vel mēsum vel mariscarum, certū est hanc
 cibi appetentiam ab ea inanitione fieri, qua in am-
 bientem aërem corporis substantia per halitum di-
 geritur, maximèque si causæ præcesserint quæ cu-
 tem subiectam eiusque spiracula dilatant, cuius-
 modi calida balnea sunt, & ambientis calor. Potus

IN LIB. HIPPOC.

liberalioris præsertim frigidi appetentia à calore fit
vel siccitate, vel utroque: quare stomachi vel pul-
monis vel cordis vel totius corporis habitus cali-
dam & siccam intemperiem testatur, quæ calidos
morbos parere solet. Interdum sitis oritur quibus-
dam mane præter rationem, maxime pueris ex cru-
ditate hesterni cibi: & fere post hanc incidunt in
morbos: quod & prouectis accidit. Sunt & aliæ
sitis causæ: de quibus alibi dictum est.

Textus 8.

Καὶ ἀπὸ τῶν καὶ ἐνδομικῶν ἔργων.

Atque ex his singula sunt inuestiganda.

Hippocrates profitetur medicum nil debere quæ-
rere nec dicere quam de affectionibus ex quibus æ-
grotamus. qua in re etsi non semper scopum adse-
quitur, non est tamen medicina reiicienda: imò est
à calumniis vindicanda, quæ certis coniecturis &
indicationibus quam proximè ad veritatem acce-
dat, & morbos profliget. At coniecturæ quædam
sunt artificiosæ, quædam carent arte, quales exi-
stunt quæ in authorum testimoniis ac experimētis
nulla probabili ratione cōfirmatis positæ sunt, qui-
bus philosophiæ ignari pro artificiosis coniecturis,
atque adeò pro certis demonstrationibus utuntur.
Nec enim philosophi est rei fidem in testibus ponere:

De veteri
medicina.

2. De plac.
Hipp. &
Etiol.

licet rationi ac experientiæ quibus nititur medicus,
authoritatem addere possit. Artificiosæ aut ex ve-
risimilibus

risimilibus fiunt, aut ex rerum notis ac signis, quæ
 sensibus apparent. De verisimilibus, quoniam non
 medicorum sed oratorum sunt propria, disceptare
 hoc in loco superuacaneum foret. Ex rerum igitur
 notis ac signis artificiosas coniecturas medicus su-
 mit, nempe ex functionibus, qualitatibus tempe-
 raturas partium sequentibus, & ex his quæ ex cor-
 pore reiciuntur, aliisque quamplurimis, vt docet
 Galenus. Functiones sunt, naturalis, vitalis, ani-
 malis. Animalis sensus, motus voluntarius, & a-
 ctio princeps. Sensus alius exterior, alius interior, In arte
parua.
 qui communis vocatur. Exterior, visus, auditus,
 olfactus, gustus, & tactus. Internus, somnus, vi-
 gilia, insomnium. Motus voluntarius, tum corpo-
 ris vniuersi, tum eius partium, vt thoracis respira-
 tio, crurium progressio, manuum comprehensio. Prin-
 ceps actio, intellectus, cogitatio, & memoria. Fun-
 ctio vitalis, functio cordis, & arteriarum pulsus,
 animi affectiones. Naturalis actio, veneris concu-
 piscencia, cibi potusque appetentia, concoctio, nutri-
 tio, &c. Qualitates partium temperaturas sequen-
 tes, quia sensus mouent, sensibiles vocantur, vt vi-
 sum, color, figura, situs, numerus, magnitudo affi-
 cit. Color quidem, vt faciei rubor: figura, vt capitis
 rotunditas & longitudo macrocephalorum. Situs,
 vt oculorum prominentia. Numerus, vt digitus
 excedens vel deficiens. Olfactu, qualitas olfactilis

IN LIB. HIPPOC.

percipitur, ut anhelitus suauitas & graueolentia. Gustatu sapor, ut lingua amaror. Tactu qualitates prima, calor, frigus, humiditas, siccitas, quæque has sequuntur, ut duritia, mollitia, asperitas, lenitas, dolor quoque, pruritus, voluptas. Auditu soni, ut voces. In notarum genere continentur quæ ex corpore expelluntur, cuiusmodi sunt sputa, urine, deiectiones, sudores, calculus, lumbrici. Eiusmodi igitur notæ coniecturas artificiosas pariunt: quæ etiam duci possunt ex sumendis, faciendis, & admouendis. In assumendis numerantur cibus, potus, medicamentum assumptum, & aër attractus. In faciendis frictiones, ambulationes, exercitationes, & omnia quæ circa corpus fiunt. Somnus quoque, vigilia, Venus, animi affectus, ad hoc genus referuntur. In his quæ admouentur, sunt circumdectus aër, unguenta, balnea. Hactenus de coniecturis abunde sit dictum: nunc de indicationibus quibus medicus instructus suum finem consequitur, est disputandum. Indicatio igitur est insinuatio eorum quæ agenda sunt, vel quidpiam quid agendum sit demonstrans. sumiturque ex natura rei, cuius finis intentio dicitur, conseruatio scilicet eius quod secundum naturam est, & expulsio eorum quæ naturæ repugnant. Secundum naturam sunt, sanitas, eius causa, affectus, vires, consuetudo, temperamentum, & cæteræ res dictæ naturales: quæ
 simi-

similibus sunt conseruande. Naturæ repugnant,
 morbus, eius causa, symptomata: quæ cōtrariis ex-
 pelluntur. Morbus simplex, organicus & composi-
 tus. In morbo complexo contrarietatis ordo seruan-
 dus, diligenterque videndum quisnam affectus pri-
 mum curari debet. Is verò est, cuius curatio alte-
 rius curationis est causa, aut sine quo non curatur
 alter, aut qui magis vrget, & periculosior est. Qui-
 bus cognitis accurata opera perpendendum, an quæ
 secundum naturam, conseruari possint, & quæ na-
 turæ repugnant, expelli. Interdum enim curari mor-
 bus non potest: quia ex sua natura curationem non
 admittit: vt elephantiasis perfecta: vel quia labo-
 rans auxilia renuit, vel quia morbi propositi cura-
 tio occasionem præbet maioris mali. Morbum ex
 sua natura curationem non admittere scimus ex le-
 se partis substantia, actione, vsu, situ. Vbi morbum
 deprehēdimus curabilem, remedia sunt perquiren-
 da: quibus vti non licet, nisi iis quæ indicant & co-
 indicant, obseruatis quæ his versiculis significatur.

Ars, etas, virtus, regio, complexio, forma,
 Mox & symptoma, repletio, tempus, & vsus
 Et bene si numeres, figuram iungere debes.

Hæc omnia si obseruauerit & examinauerit
 medicus facile suum scopum consequetur, quamuis
 more Thessalorum non saluter obseruatrices &
 pharmacopolas.

Textus 9.

Εἰ γὰρ ταῦτα εἶδεῖν τις χαλῶς, μάλιστα μὲν πάντα, εἰ δὲ μὴ
 τὰ γε πλεῖστα, ἢ αὖ ἀντὶν λαυθαῖοι ἐς πόλιν ἀφικνεόμενον,
 ἢς αὖ ἀπεισῶσ ἢ ἕτε νοσήματα ἐπιχόμενα, ἕτε τῶν κοινῶν ἢ
 φύσις ὁκοῖν τις ἔστιν, ὡς δὲ μὴ ἀπορέεσθαι ἐν τῇ δευτέρῃ πείρῃ τῶν νό-
 σων, μὴ δὲ διαμαρταίνειν ἃ εἰκός, ἔστι γίνεσθαι, ἢ μή τις ταῦ-
 τα πρῶτερον εἶδως πρῶφρον τις ἦ.

Nam qui hæc omnia probè quantum
 fieri potest, cognouerit, aut horum pluri-
 ma, eum non latere possunt, cum in vrbē
 etiã ignotã sibi peruenerit, neque morbi
 regioni peculiare & proprij, neque com-
 munitatis regionis natura, quæcunque tandē
 ea fuerit, vt non possit in cognoscendis
 morbis dubius hære, aut errare sicubi
 ad morborū medicationem adhibeatur.
 quæ ambo illis euenire solēt, qui nō prius
 prouidi hæc diligenter cognouerunt.

Hæc tenus pro maiore parte ea de quibus est di-
 cturus proposuit: nunc vtilitatē adfert: vt medicos
 faciat alacriores, adhortetur, excitet ad ea quæ hic
 dicuntur amanda, legenda, discendaque: Qui enim
 hæc obseruauerit, & pro viribus cognouerit, sal-
 tem plurima horū, nihil eum latere poterit quod ad
 cognitionem pertineat morborū: quorum alij à re-
 gione, familiares quidem per multis, & quos multi
 noscunt: alij ex corpore, & victus ratione, ac tem-
 poris

poris constitutione, aut à temporibus, inquit Hippocrates. Qui vel multis sunt communes, vel *συνεσθες*, id est, sparsi, qui sparsim privatimq; præhædunt ægros discrepante fatigantes, neque secundum communem modum constantes: ut cum hic pleuritide, iste nephritide, ille phthisi ex proprio vitio & errore laborat. Pædemiorum seu communium alij sunt simplices, alij endemij, alij epidemij, qui causam habent communẽ plebi. Ea si est in communis cibi vel potus vitio, simplices pandemij fiunt. si causa est in aère, endemij vel epidemij. Aër enim si ab inferioribus terrenisque causis inficitur, endemij fiunt. Si à supernis, id rursus aut ex temporum tempestatumque mutatione, & tum fiunt simplices. aut coelestium corporum viribus & destuuiis, & hi sunt pestilentes. Quorum alij grauiiores, alij mitiores: alij consueti, alij insolentes. Quamuis & in aliorum generibus pestilentes reperiantur. Pandemij simplices sunt febres, alui profluvia, aliæque multa genera ex communis cibi atque aquæ usu profecta. Endemij quibusdam regionibus peculiare, ut phthisis Lusitanis, Hispanis struma, & Alpinis, hydrocele Gallie Narbonensi. Huiusmodi morbi, ut simplices pandemij, vocantur ab Hippocrate *νοσθηματα ἐμχρεια*, hoc est, patriæ & regioni peculiare. Simples epidemij sunt lienteria, dysenterie populares, sanguinis eruptiones, tusses, pleuritides,

Lib. de humoribus.

De ratione victus in mor. acut.

IN LIB. HIPPOC.

1556.

1^o Epid.

Priore ad
Glaucōnē.

febres putridæ, quales hoc anno grassantur, & ab Hippocrate in epidemiis numerantur: pestilentes, ut febris pestilens, carbūculus, bubo, qui sunt grauiores. In lenioribus sunt exanthemata tum rubra, tum purpurea, quæ summa cute maculis non extuberantibus efflorescunt. Insolentes sunt paralexia lethalis inaudita, quàm Hippocrates enarrat in Thaso contigisse: & flagrantes ardores: sudor Anglicus. Hos omneis morbos cognoscet medicus, & in eorum curatione non aberrabit, astronomia, & iis quæ commemorantur instructus. Communem hominum naturam, quæcunque sit, non ignorabit. Vocat autem φύσιν, id est, naturam temperamētum, hoc est qualitatū principum proportionem: quæ ut gemina est, communis, & cuiuscunque propria: ita neutra ignoranda, ut scitè profitetur Galenus. Sed quoniam difficillimum est in Vrbe incognita priuatas naturas, quæ præ multitudine, varietate, ac perpetua mutatione sub artem cogi non possunt, perspektas habere: totis viribus eniti debet medicus, ut communem regionis naturam, hoc est temperaturam quæ à regione dependet, agnoscat. Etenim pro diuerso climate diuersa nascuntur homines temperamēta. Medium quidem, qui sub climate medio & temperato nascuntur: calidum, frigidum, humidū, siccum, calidum humidum, calidum siccum, frigidum humidum, frigi-

frigidum siccum, qui in aliis, ut testatur Gale- In 2. sani-
 nus, dum sic scribit: Sicci graciles & veluti torre- ta. tuende.
 facti in æstuosis tractibus fiunt. Rursus frigidio-
 ris plagæ incolæ, inæquali temperamento visun-
 tur, ut quibus exteriora frigeant interiora atque
 in his viscera immodicè caleant. Sanè optimū cor-
 pus, de quo nunc sermo proponitur veluti Polycle-
 ti regula est, cui in nostro situ, ut pote probè tem-
 perato, non pauca similia cernas. Apud Gallos ve-
 rò, Scythas, Aegyptios, Arabas, ne per somniū qui-
 dem tale vsquam est vidisse. Imò in eodem clima-
 te pro mutatione aëris, diuersitate ventorum, situ
 vario, siderum ortu & occasu diuerso, mores &
 hominum temperamenta mutantur. Hinc astro- Cardan^o.
 logi quidam scribunt, Hispanos, Britannos, &
 Neustrios, rapaces & subdolos, qui olim cum sub
 sagittario degebant, erant fidi, & bonæ vitæ. nunc
 verò eorum malitiam cordi scorpionis sub quo de-
 gunt, asscribunt. hæc enim stella maximam signi-
 ficat auaritiam, crudelitatem, & audaciam. Cæ-
 terum cum ait, ut non possit &c. Græcè sic lo-
 quitur Hippocrates, ὅτι μὴ ἀποπέδου ἐν τῇ δεξιᾷ
 τῶν νόσων, καὶ ἢ διαμαρτάνει αἰεὶς ὅτι γίνεταί, καὶ μὴ
 τις ταῦτα ἀέτι ἐστὶν εἰδὼς ἀέσπρον τις ἦ. hoc est, ita ut
 non ambigat in curatione morborum neque erret:
 quæ verissimile est ei contingere qui ad hæc prou-
 idus non fuerit. Verum cū non sit interpretis, ver-

IN LIB. HIPPOC.

bū verbo reddere, sed autoris mentē sua interpretatione manifestiorem facere, meritò Cornarius sic interpretatus est, vt nō possit in cognoscendis morbis dubius herere, aut errare sicubi ad morborum curationem adhibeatur. Prima siquidem curandi indicatio, & remediōrū inueniendorum initium ex morborū ipsorū natura petitur, vt scribit Galenus. Erūt itaq; morbi prius cognoscendi quā eorū curationē moliamur. Quantū verò momenti naturæ cognitio ad cognoscendi & curādi morbi exquisitā rationem adferat, nemo sanē nisi qui rudis planē omnis medicinæ fuerit, ignorat. Fieri enim non potest, vt quispiā ad naturalem suā temperaturam aliquē reducat, cuius vtraque natura prorsus ignota fuerit. Priusquā igitur morbū curandum suscipias, eū noscas oportet. At citra naturam cognosci non potest, igitur natura (a qua conseruandi ratio prima sumitur) prius cognoscenda. Quamobrē qui morbum curat incognitum, empiricē curat & temere: quem si sanat, fortuitū est, non artificiosum. propterea etiam eos egros felicius curamus, quos nouimus sanos, quā ignotos.

ἐπιστο. 3.
methodis.

TEXTUS 10.

Περὶ ἐκάστου ὃ χεῖναι προσείοντος καὶ τῶ ἐπιπέτῳ τῶ λέγει αὐτὸν
ὁκόσα τε νοσήματα μέλλει πάγκοινα πλὴν πόλιν κατὰ κρίσειν
ἢ δέρεος, ἢ χειμῶνος, ὁκόσα τε ἰδία ἐκάστου κίνδυνος γίνεσθαι,
ἐκ μεταβολῆς τῆς διαίτης.

Quare

Quare qui ea studiose rimatus fuerit, vniuscuiusque tēporis ac anni futuri constitutionem prædicere poterit: qui videlicet morbi communi adfectione ciuitatē sunt inuasuri, tum æstate, tum hyeme, & quæcunque pericula vnicuique sunt timenda ex diætā ac victus mutatione.

Qui anni tempora cōsiderauerit, ventorum naturas, vrbis sitū, habitudines ad cœlum, aquarum & terræ qualitates, viuendi rationem toti plebi communem ob oculos sibi posuerit, mutationes animaduernerit, præteritis futura coniunxerit, ex præteritis & præsentibus futura facile colliget, & varios morborum euentus, qualis sit anni futuri cōstitutio, id est, quænam sit anni species, secundum quam ex talibus constituitur tēporibus, prædicere poterit. Verbi gratia, quispiam siderum naturam perspectam habeat, numerum, motum, ortum & occasum perfecte teneat, sit quoque præstantis ingenij, & norit ordinem atque consequentia recte concludere, deprehendatque coniunctionem Martis cum Sole in Leone futuram. arida quidem primo ac feruens erit constitutio temporis illius: tum verò homines qui eo nascuntur tēpore, calidi & sicci cordis erunt, atque ob id animi iracundi, crudelis, ambitiosi, prompti, rapacisque. Qui verò iam nati sunt, his quidem qui

IN LIB. HIPPOC.

apho. 2.
lib. 3. apho.
 frigida & humida sunt intemperie præditi, salutē
 adferet, atque animi moderationem. Illis verò quē
 calido & sicco sunt temperamēto, ardorem, aestū,
 morbosque ob id biliosos, iram quoque, rabiē, præ-
 cipitem animum præstabit. hecticos verò debiles-
 que iam factos immoderata caloris & siccitatis
 intemperie, iugulabit. Similiter asseuerandum de
 aliis congressibus & oppositionibus significanti-
 bus aliā futurā, humidam scilicet & frigidā anni
 constitutionem. Nam cōstitutione totius anni vel
 partis cognita, futuros morbos prædicere poterit.
 At futuri anni constitutionem quis deprehendet?
 an astronomiæ ignarus? cuius cognitio est perli-
 beralis, & dignissima medico. Nam ex cognitio-
 ne cœlestium motuum, tempestates annorum, vē-
 ti, morbi prævideri possunt. Vocat autem *νοσήνα*
τα νόσηνα, morbos vniuersales, & simpliciter epi-
 demios, atque pestilenteis: cuius rei grauis-
 timus testis est Galenus, sic scribens: Quare in libro de na-
 tura humana causam eius quod multis est morbis
 commune, communissimam appellauit: in libro
 de aëre, aqua, & locis, qui sic generantur morbi,
νοσήνα, hoc est vniuersales vocauit Hippo-
 crates: adeoque eius sunt verba: Annunciare
 autem poterit, qui quoque tēpore procedente &
 anno vniuersales morbi ciuitatem tenebunt seu
 æstate, seu hyeme. horum exempla apud Hippocra-
 tem

com. I. in
 epid.

in epid. in
 aphor. &
 in sequen-
 tibus.

*rem multa proponuntur ἰσόστα τε ἰδία ἐργάστο χίνδωος
 ἰγρεῖσθαι ἐν μεταβολῆς τῆς διαίτης. hoc est, quæcunque*
 pericula privatim unicuique timenda ex immuta- apho. 50.
 tione vel inuersione victus. Cum enim ex immu- lib. 2. aph.
 tatione repentina cibi & potus etiam deterioris pe-
 riculum nobis immineat, & ad insueta sit trans-
 eundum, victusque ratio diuersis anni temporibus in. 3. de
 alia sit seruanda, diligenter medico est spectandū dieta. &
 quando mutanda sit viuendi ratio, & quid possit in lib. de
 immutatio: vt si deprehendas anni constitutionē salubri
 futuram calidam & siccam, ab usu vini erit ab- dieta.
 stinendum, aut erit vinum aqua diluendum: nec
 aquæ copia exhibenda, sed tanta, quæ ad sitis pro-
 hibitionem sufficiat. In victus denique ratione
 describenda, ad insueta paulatim est transeundū.
 Omne nimium & repentinum, naturæ inimicum:
 quod verò paulatim fit, tutum maxime, cum ab
 altero in alterum transitus fit. Arque ad eò non
 solum in viuendi norma, sed in contrariis quoque
 & omnibus aliis adhibendis corpori nostro, subita
 mutatio erit fugienda, quæ planè naturæ aduersa-
 tur. Nunquam igitur ab exercitiis subito ad ocium,
 ab ocio rursus ad exercitia, à vini potione ad a-
 quæ potum, & rursus à calido ad frigidum, ab hu-
 mido ad siccum trāfferamus, vt probat alibi Hip-
 ocrates. Quòd si per *μεταβολῆν* victus inuersionem
 velis itelligi, hand dubie cibi qui prepostero ordine

in. 2. de
 rat. vic. in
 mor. acu.

IN LIB. HIPPOC.

ingeruntur, morbos in temporum mutationibus parient. Omnes ferè morbi in magnis temporū mutationibus deteguntur.

Textus II.

Εἰδὼς γὰρ τῶν ὥρῶν τὰς μεταβολὰς, καὶ τῶν ἀστῶν ἐπιτολαί τε καὶ δόσεις, καὶ ὅτι ἐκαστὸν τῶν τέων γίγνεται, πρὸς αὐτὸ δὲ τὸ ἔτος ὁκοῖον τι μὲλλε γίγνεσθαι.

Cum temporum mutationes, & astrorum ortus, & occasus obseruauerit, quæ admodū singula horū eueniāt, prænoscet utique & de anno qualis sit futurus.

Anni tempora & temporū mutationes medico diligēter obseruādas & notādas satis diximus. At anni tēpora cœli motu distinguimus, & eorū discrimina, ortu & occasu siderum notamus atque obseruamus: ut cum Sol arietem ingreditur, incipit ver: arcturo exoriente autumnus. Cum sol caniculæ iungitur, mare mouetur, æstu feruet aër, morbi concitantur acutissimi. Ex ortu Vergiliarum flat auster, Orionis aquilo, occasu fidiculæ fauonius: ut hinc omnibus perspicuum fiat, astronomiæ partem quæ siderum docet ortus & occasus, medico cognitu necessariā esse. Hæc res ut planior fiat, id est, ut ortus & lapsus siderum promptius intelligamus, Ptolemæi de inerrantiū stellarum significationibus libellus cōsulendus est. Quāuis enim Ptolemæus Palusienſis eas significationes ad situm
urbis

Urbis Alexandrinae, quae iacet in medio tertij climatis, ubi polus 30 gradibus & 45 minutis eleuatur, idque anno salutiferae incarnationis 140: erunt tamen vtilis, vt sibi quisque certa methodo similes, suaeque urbis vertici deseruientes fabricare possit. Quod melius vt prestare queat, hoc est, suae urbis accommodare vertici, imprimis obseruabit aequinoctia & solstitia (quae nunc sic se habent: aequinoctium vernale die decima Martij, solstitium aestiuum vndecima Iunij: aequinoctium alterum decimatertia Septembris, brumale solstitium decimatertia Decembris) deinde congressus solis ad stellas, qui fiunt diebus quinque vel sex ante vel post diem descriptum à Ptolemæo. Exem- Cardant.
 plum. Zona orionis emergit nonis Februarij, id est, quinta Februarij, vt Ptolemæus ponit in eo libello, hoc adiiciens, turbidus est aer Fauonij flatu. Primum igitur accepto globo in quo stellae ad vnguem descriptae sint, animaduertes quando cingulus emerget. id verò erit circa decima vel vndecima Februarij, id est, quinque vel sex diebus post obseruationem Ptolemæi. Regula tamen non est in omnibus certa propter climatis & poli diuersitatem. Obseruabis etiam quisnā vêtus spirat, qui profecto est fauonius. Nā in astrorū ortu et oc- casu semper cōcordabūt obseruationes nostrae cum obseruationibus Ptolemæi, paruo tēporis discrimine.

IN LIB. HIPPOC.

excepto. Idē de Vēris et cœli statibus dictū puta. Cō-
 sulo igitur, vt quicumque volet de futuris temporū
 anni pronunciare statibus, tribus vel quatuor an-
 nis obseruet ortus & immerfus siderū, quales sin-
 gulis diebus in sua regione contingunt, & præter
 id ventos, atque cœli status animaduertat, in qui-
 bus conueniunt adnotet, tabulamque faciat toti
 anno inseruientem, exemplo deducto à Ptolemæo,
 qui talia diligenter examinavit, facile enim tunc
 sic instructus, quales morbi sint futuri prædicet.
 Quod ad exemplum atque inuentionem attinet,
 sufficit libellus Ptolemæi, quē subiicere volumus.
 de qua re scripsit Frācisus Sirigattus. Audio mi-
 zaldum astrophaniam parare, in qua hosce siderū
 exortus & occasus magna vtilitate humani ge-
 neris ad Gallicanum horizontem reuocaturus est.
 Ne tamen putes eosdem singulis annis perflatu-
 ros ventos, quod solis stellis fixis coniuncti vires au-
 geantur vel imminuantur planetarum configu-
 rationibus. Verbi gratia, dominetur Saturnus in
 vere. Ventos qui tunc spirabunt, & calorem com-
 minuet. quod si ætati idem imperet, eam in calo-
 re & frigiditate moderatam senties, sed supra
 modum siccam & tranquillam. Ceterorum pla-
 netarum par est ratio.

Claud.

Claud. Ptolemæi inerrantium stellarum significationes per Leonicum è Græco translata.

IANVARIVS.

- K. Sol eleuari incipit: longiusculi fiunt dies.
 Aquila & Corona occidunt, tempe-
 statemque efficiunt.
- iiij Sol magis ascendit: Cancri medium occi-
 dit: ventique ponunt.
- iiij Reliquum Cancri occidit, & varius aëris
 fit status.
- Prid. Hyems dimidiata: aquilones continui: Del-
 phinus cum cane oriuntur matutino.
- Non. Fidicula exoritur, aquila occidit, Delphinus
 totus emergit: vectorumque fit cōcursus.
- viiij Aquila vesperi occidit. flat auster.
- vij Septentriones & Aquilo vehementer flates
 concurrunt.
- vi Martis domiciliū. auster & fauonius si-
 mul flant. Capricornus emergere incipit,
 pluuie simul & caligo vespertino.
- v Auster flat cum pluuia.
- iiij Pluuies flat auster violentior.
- iiij Septentrio multo imbre & aspera tempe-
 state flat.
- Prid. Auster spirat.

IN LIB. HIPPOC.

- Id. *Astrum obscurū. prima mali pars occidit. noctu etiam pluit.*
- xix *Astrum obscurū. varia aquilonis & Septentrionis inconstātia, Leo occultari incipit, pluuie fiunt.*
- xviii *Septentrio & aquilo vehementes flant.*
- xvii *Sol in aquario. Vulturū cum pluuia.*
- xvi *Fidicula occidere incipit matutino. ventorum concursus fiunt.*
- xv *Leo & Delphinus matutino occidūt. aquilo, septentrio et auster concurrunt, pluuie.*
- xiiii *Cōuersio, & hyemis medium. (que fiunt.*
- xiii *Aquilo flat & auster. medium Cancri occidit. Aquarius emergere incipit.*
- xii *Aquarius totus emergit: Aphricus spirat, & pluit.*
- xi *Fidicula cū Cācro occidit, & vesperi pluit.*
- x *Aquilo flat cum pluuia.*
- ix *Hyemat dies. vehemētius flant aquilo & Vulturū*
- viii *Tempestat turbidior. iidem flant venti.*
- vii *Hyemat dies iide flant venti: fidicula occidere incipit.*
- vi *Astrum clarum in pectore Leonis occidere incipit. fidicula vesperi occidit, flat aquilo, & interdum pluit.*
- v *Ventorum concursus cum niuibus.*
- Delphinus

- iiij Delphinus occidere incipit
- ij Fidicula circa primā facē parte sui occidere incipit. Vehemens flat aquilo cum imbre.
- Prid. Imbres cum niubus permisti cadunt.

xxxii.

FEBRUARIUS.

- K. Obscurū astrū apparet. Auster et Vultur-
nus flant fidicula occidere incipit.
- iiij Aër crassus est, & Fauonius flare incipit.
- ij Medium Leonis cum fidicula occidit: Se-
pretriones & aquilo flant.
- Prid. Delphinus occidit. auster vesperi violetior
fit, & pluit.
- Non. Zona orionis emergit. turbidus est aër fa-
uonij flatu.
- vij Fidicula occidit, et Fauonius ab occasu flat.
- vij Veris initium. fauonius spirat.
- vi Fauonius & aquilo spirant.
- v Obscurum astrum, emergit aquarius.
- iiij Septentrio cū fauonio flat. interdū etiā pluit.
- ij Subsolanus spirat, & arcturus exoritur.
- Prid. Ventorum concursus & pugna.
- Id. Sagittarius vesperi occidit: tēpestas aspera.
- xvi Crater vesperi oritur, & commutatis vē-
tis superat auster.
- xv Sol in piscibus. hyemat aër.
- xiiij Septentrio spirat cum austro. Sol nouus.

IN LIB. HIPPOC.

- xiiij Virgo occidit iuxta geminos. auster flat cū
Fauonio & aquilone.
- xij Malus vesperi occidit. Fauonius spirat, &
Virgo occidere incipit.
- xi Septentrio et auster flant. malus occultatur.
- x Aquilo pluuiosus spirat. Leo occidit. A-
quilones chelidonii appellati incipiunt, &
per quatrīdū flant. hirūdines apparent.
- ix Arcturus circa primam vigiliam occidere
incipit. Fauonius spirat, nōxque nubila
existit.
- Halcyonei appellati dies.
- vij Corus & aquilo simul flant.
- vi Aquarius oriri incipit. hyemat matutino.
- v Arcturus emergit, & pluit.
- iiij Arcturus oritur matutino.
- iiij Malus vesperi occidit.
- Prid. Fauonius late spirat. vernus est dies.

xxviii.

M A R T I V S.

- K. Auster & Aphricus simul spirant.
- vi Vindemiator apparere incipit. aquilo ge-
lidus flat. arcturus occidit matutino.
- v Aër nimbosus, & pluit. Arcturus emer-
git elenato Sole: & flat aquilo.
- iiij Arcturus similiter emergit.
- iiij Arcturus interdiu emergit.

Aquilo

- Prid. Aquilo flat. nubilosum coelum.
- Non. Equus occidit matutino, & flat Aquilo.
Corona matutino occultatur: aquarū de
coelo eluuias.
- viii Marinae aues apparere incipiunt. Aquilo
& Septentriones flat. principiu veris est. Sol
piscium dimidiū obtinet. equus occidit.
- vii Miluus apparere incipit. flat auster, piscisq;
in tergore matutino occultari incipit.
- vi Equus occidit matutino. Miluus à sublimi
deorsum vergit. Vindemiator occidit, ar-
cturus autē emergit, et gelidus flat Aquilo.
- v Hyemis abscessio, & Aquilonis ad Se-
ptentriones commutatio.
- iiii Desinit piscis à tergore eleuari. Septentrio
vel auster flat.
- iii Argo nauis emergit vesperi. Fauonius &
auster flant: & in Leonis causa hyemat
dies.
- Prid. Aquilo per totum flat diem.
- Id. Equus occidit, & Aquilo flat gelidus.
- xvij Sol in Ariete, Fauonius late spirat.
- xvii Ciconia apparet, & mare transmittit.
- xvi Inconstantes venti. Aquilo spirat.
- xv Auster flat. miluus diluculo apparet.
- xiiii Aquilo serenus spirat.
- xiii Equus occidit matutino. Aquilo vel Se-
ptentrio flat.

IN LIB. HIPPOC.

- xij Arias in latus emergit, pluit aut ningit.
 xi Cancer tergore oritur, auster flat.
 x Aequinoctium. pluit, interdum tonat.
 ix Septentriones & aquilo flant. equus occi-
 dit matutino.
 viij Pisces tergore emergunt. nix imbre mista
 cadit. aries matutino emergit cum mari:
 turbatio aëris.
 vij Aequinoctium vernū. pluit, interdū et to-
 vi Nox & dies æquales existunt. (nat.
 v Scorpius occidit. vehemens flat ventus, plu-
 uiasque cum tonitribus commiscet.
 iiij Scorpius occidit. Septentrio pluuus.
 iij Auster flat & pluit.
 Prid. Ventorum procellæ: & sæpe pluit.

xxxj.

APRILIS.

- K. Scorpius occidit. Sol diei partem vnam ad-
 dit. Aquilonis flatu nebulosum est cœ-
 lum. Vergiliæ oriri & præsignificare in-
 cipiunt.
 iiij Nebulosus aër per omnes terras.
 iij Vergiliæ occidunt vespertino.
 Prid. Flat Aphricus.
 Non. Fauonius spirat.
 viij Sucleæ emergunt. pluuiæque ab austro de-
 uoluntur.

Auster

DE AERE, AQVIS, LOC. 36

- vii Auster flat, et Vergiliarū reliquum occidit.
 vi Fauonius flare incipit matutino. Vergiliæ
 occidunt.
 v Australes procellæ.
 iiii Aquilo vehemens flat. vesper est pluuiosus.
 iiii Frigidi flant venti, & pluit.
 Prid. Suculæ occultantur.
 Id. Aquilo flat. paruum præsepe exoritur.
 xviii Obscurum astrum, & venti & imbres.
 xvii Suculæ occidunt. frigidi spirant venti. Per-
 seus oritur.
 xvi Suculæ occidunt. spirat Fauonius.
 xv Sol in tauro. suculæ occultantur.
 xiiii Aphricus flat.
 xiii Suculæ penitus occidunt. Aphricus flat ve-
 xii Fauonius spirat. (Speri.
 xi Tauri caput occidit, & pluit.
 x Vergiliæ exoriuntur. Fauonius spirat.
 ix Fidicula circa primam apparet.
 viii Fidicula cernitur, & pluit.
 vii Præsepe emergit. desinit ver.
 vi Suculæ penitus occidunt: & veris cōuersio.
 v Auster flat.
 iiii Austrina dies, & pluuia.
 iiii Hædi oriuntur. auster flat matutino.
 Prid. Canis occultatur vesperi. aër conturbatur
 ab austro, & Aquilo simul permiscet.

IN LIB. HIPPOC.

xxx.

M A I V S.

- K. Canis occultatur, rores descendunt.
 vi Sucule cum Sole oriuntur.
 v Centaurus apparet totus Fauonius spirat.
 iiii Scorpius sursum emergit. Aquilo flat, & rores cadunt.
 iii Fidicula oritur matutino.
 Pri. Dimidium scorpionis occidit.
 Non. Vergiliæ oriuntur matutino. et spirat Fauo-
 viii Principiū æstatis. Fauonius præualet. (nius.
 vii Eodem flat modo fauonius.
 vi Fidicula oritur. Sucule occidunt. Tauri ca-
 put apparet.
 v Vergiliæ apparent.
 iiii Vergiliæ oriuntur. auster flat.
 iii Sucule occidunt. Austrini sunt flatus.
 Prid. Scorpius occidit, et fidicula oritur matutino
 Id. Cancer exoritur, & flat auster.
 xvii Initium æstatis.
 xvi Procyō, quā quidā caniculā vocāt, occidit.
 xv Sol in geminis.
 xiiii Auster flat vesperi.
 xiii Sucule oriuntur, & flat Aquilo.
 xii Arcturus occidit, aërque conturbatur.
 xi Sagittarius occidit, & flat auster.
 x Gemini exoriuntur, & Aquila.

Sucule

- ix Sacula oriri incipiunt, & pluit.
 viij Capella oritur matutino, & flat aquilo.
 vij Taurus occidit. auster & aquilo flant.
 vi Auster spirat.
 v Fidicula oritur matutino, & auster flat.
 iiij Auster vehemens flat.
 iij Vergilia exoriuntur. imbres cum tonitribus
 sunt.
 Prid. Tempestat aspera. hyemat aer ingentia ve-
 speri tonitrua commouentur.

xxxii.

IVNIVS.

- K Sacula totæ emergunt. auster flat.
 iiij Aquilo exoritur: aeris tempestat: & flat
 faonius.
 iij Australes procellæ cum tonitruis.
 Prid. Auster flat, & pluit.
 Non. Aquila exoritur. flat auster, & pluit.
 viij Aquilo flat, & pluit.
 vij Arctur⁹ occidit matutino. Fauonius spirat
 vi Delphinus emergere incipit. arcturus oc-
 cidit.
 v Aquilo spirat, & modicè pluit.
 iiij Pluuiosus aer cum tonitruis: & australis
 dies.
 iij Turbulentum cœlum cum tonitruis.
 Prid. Fauonius vel Corus flat, & tonat.

IN LIB. HIPPOC.

- Idus. Delphinus emergit. auster flat.
 xvij Orionis humeri eleuatur, & principia æstatis
 xvij Obscurum astrū. Fauonius & auster flant.
 xvi Aëris tempestas, & aquilonii flatus.
 xv Fauonius cum austro spirat. Orionis hume-
 vi apparent.
 xiiij Sol in Cancro. Orion exoritur matutino.
 xiiij Auster & Fauonius flant. pluit, & tonat.
 xij Serpentarius occidit matutino.
 xi Auster cum aquilone spirat.
 x Exortus Orionis.
 ix Obscuri astri exortus, & calor intensus.
 viij AEstiuus cardo, & momētanea aëris per-
 mutatio.
 viij Aphricus & Fauonius simul spirant.
 vi Breuissima nox. orion exoritur.
 v Pluit vesperi. canis apparere incipit.
 iiij Ventorum conflictus.
 iiij Canis exoritur matutino. Zona orionis ap-
 paret.
 Prid. Arcturus occidit matutino: & aëris in-
 temperies.

x x x.

IV L I V S.

- K. Aër ab aquilone conturbatur.
 vi Obscurum astrum. auster flat, velfauonius
 v Austrina dies, & conturbatio aëris.

Orion

- iij Oriō exoritur. Ciconia occidit, & fauonius
 iij Medium Cancri exoritur. (Spirat.
 Prid. Etesie flant, & cum austro aquilonēs.
 Non. Corona occidit matutino. flat auster.
 viij Cepheus exoritur: & austrina aëris pertur-
 vij Orion totus emergit. auster flat. (batio.
 vi Etesiarum prodromi flatus spirant.
 v Imbres cum tonitribus. flat aquilo.
 iiii Orion totus oritur matutino, & prodromi
 inualescunt flatus.
 iij Aphricus flat turbulentus.
 Prid. Aquilo flat.
 xvij Orion exoritur, & violentus flat aquilo.
 xvi Aestatis dimidium, & dies aquilonis flatus
 algentior.
 xv Fauonius & interdū auster spirāt. canis ori-
 tur matutino, & etesie amplius inualescūt.
 xiiii Oriō exoritur. Corus flat, totusq; apparet oriō.
 xiiij Sol in leone. Corus spirat, & canis exoritur.
 xij Etesie cum aliis ventis per unum & viginti
 flant dies.
 xi Prodromi flatus late spirant.
 x Cācer totus cū leone exoritur, & aquila occidit
 ix Leo cum sole exoritur & cane. Cancer descēdit.
 viij Gemini occidere incipiunt. canis emergit, &
 austrini sunt flatus.
 vij Caligo arenosa. aquila occidit. leo exoritur.

IN LIB. HIPPOC.

flat auster.

- vi Canicularis aestus.
 v Vehemētes calores. etesiæ valenter spirant.
 iiij Lucida stella in leonis pectore: exoritur a-
 quilo egelidus propter aestum.
 iiij Autumnales fructus apparere incipiunt. a-
 quila occidit: matutino aërque turbidior fit.
 Prid. Auster cum aphrico simul spirant.

xxx i.

AVGVSTVS.

- K Aquila occidit matutino: flat aphricus. ar-
 dentes sunt aestus.
 iiij Aquila occidit. aër austrinus.
 iiij Austrina dies.
 Prid. Leonis medium exoritur. arbor in hoc biduo
 apparet. Auster nimbosus vehemēter flat.
 Non. Corona occidit. leonis medium exoritur: ve-
 hemens flat auster, & grues apparent.
 viij Fidicula contrahitur. austrina dies aestuosa.
 vij Orionis medium occultatur, & dies ab au-
 stro caliginosus & aestuosus.
 vi Leo exoritur. aestus intolerabilis. nebulosus
 aër. Orionis exoritur medium.
 v Obscurum austrum. septentrio lenis spirat.
 aestus mediocris.
 iiij Lunaris defectus in hęc diem incurrere so-
 let. auster & aquilo spirant, & calores
 sunt

- sunt ingentes.
- ij Fidicula occidit matutino. Autumnus inchoat. ventorum concursus fit.
- Prid. Ventorum conflictus & pugna.
- Idus. Delphinus cum lepore occidit.
- xix Aestuarii & squalentes calores.
- xvij Obscurum austrum: & fauonius cum austro spirat.
- xvi Delphinus occidit matutino.
- xv Autumni initium.
- xv Fidicula occidit, & flat aquilo.
- xiiii Delphinus occultatur. mediocris aestus.
- xiii Fidicula occidit matutino. Sol in virgine. auster flat, pluit, & tonat.
- xij Sol in tota virgine.
- xi Virgo exoritur.
- x Septentrio lenis spirat. tota exoritur virgo. aëris est serenitas.
- ix Virgo exoritur. aquilo flat.
- viii Etesiae ponunt. aquilo frigidior flare incipit.
- vii Delphinus exoritur, & auster flat.
- vi Vindemitor emergit. auster & Fauonius simul flant.
- v Virgo apparere incipit.
- iiii Fauonius lenis spirat.
- iii Virgo exoritur. Fauonius molliter spirat.
- Prid. Andromeda exoritur.

IN LIB. HIPPOC.

xxx i.

SEPTEMBER.

- K. Andromeda exoritur. imbres cum tonitruis
fiunt. flat vulturinus inconstantes sunt venti.
- vi Australis piscis non amplius occultatur.
- v Tonat & pluit.
- iiii Arcturus cum vindemitore, arcturi ma-
lus occultatur.
- iii Mercurii domicilium. Fauonius spirat, &
ex ventorum inconstantia nubes cadunt.
- Prid. Equus exoritur.
- Non. Capella emergit. aphricus flat vesperi, &
pluit.
- vi ii Arcturus apparet. flat aquilo: & interdum
tonat.
- vii Virginis medium exoritur. Fauonius spirat
cum austro.
- vi Idem aëris status.
- v Idem aëris status.
- iiii Arcturus exoritur.
- iii Arcturo exoriente imbres cadunt.
- Prid. Vergiliæ cum equo exoriuntur.
- Idus. Hirudines non videntur. capella exoritur,
& pluit.
- xvi Dodecatemorion, id est, xii. pars autumnus
incipit.
- xv Fauonius late spirat cum aphrico.

- xiiii Piscis exoritur, & septentrio ponit.
 xiii Sol in leone. Crater apparet. arcturi mediū
 cernitur matutino.
 xii Arcturo exoriente imbres copiosi cadunt.
 xi Aequinoctiū autūnale: & pisces occidunt.
 x Argo descendit. pluuiosi aëris conturbatio.
 ix Pisces occidunt. austrinae fiunt pluuiæ, aëris
 ventorumque conturbationes, & maris
 tempestates.
 viii Lunaris defectus in hac incurrit diem. Cen-
 taurus exoritur.
 vii Nebulosus aër & turbulentus existit.
 vi Hædi exoriuntur & auster vehemens flat.
 v Virgo desistit emergere. Vergiliæ matutino
 & vesperi apparent. hædi cum sole exo-
 riuntur. ventorum & maris procellæ va-
 lidæ fiunt.
 iiii Auster vehemens flat. tempestates horridæ
 Vergiliæ matutino cernuntur, & pluuius
 flat auster.
 Prid. Capella emergit vsque ad vespertinum Ver-
 giliarum occasum.

x x x.

OCTOBER.

- K. Vergiliæ in oriète apparere incipiunt. auster
 flat matutino.
 iiii Idē austrini flatus, & Vergiliarū exortus.

IN LIB. HIPPOC.

- iii Heniochus, id est auriga occidit, & ab aquilone tonat.
- Prid. Hædi exoriuntur, & pluit.
- Non. Corona emergit, & conuersio est æstatis.
- viii Arietis medium occidit cum Scorpione.
- vii Eadem quæ prior significatio.
- vi Corona cū hædis exoritur: aër conturbatur.
- v Hædi cum Vergiliis emergunt & flat Aphricus.
- iiii Libra oriri incipit, & Fauonius spirat.
- iii Corona exoritur matutino. venti commutantur, asperaque in mari fit hyems.
- Prid. Vergiliæ exoriuntur, & flat auster.
- Idus. Corona emergit: aëris commutatio & turbulentus fit.
- xix Aquilo immensus flat.
- xviii Autumni medium: & auster flat.
- xvii Orion emergit, & rorulentus est aër.
- xvi Eadem quæ prior significatio.
- xv Tristis & nubilus dies.
- xiiii Sol in scorpione, & fauonius spirat.
- xiii Vergiliæ occidunt: aërisque est conturbatio.
- xii Eadem quæ prior significatio, sed etiã pluit.
- xi Tauri cauda occidit, & auster flat pluuius.
- x Scorpium occidit: aquilo flat, & in mari tempestas horrida.
- ix Vergiliæ occidunt.

- viii Centaurus occidit matutino.
 vii Scorpii dimidia cauda occidit.
 vi Sucle occidunt. gelidus flat aquilo, & aspera in mari hyems.
 v Vergiliæ & Orion penitus occidunt.
 iiij Arcturus occultatur, & vehemētes flant venti.
 iij Cassiopea incipit occultari.
 Prid. Orion & aquila penitus occidunt vesperi, & fidicula exoritur.

x x x i.

NOVEMBER.

- K Vergiliæ occidunt. pruina decedit matutino. arcturus occultatur, aërisque ad frigora fit conuersio.
 iiij Venti spirant frigidi, & pluit.
 iij Fidicula exoritur matutino, & aquilo flat.
 Prid. Auster & Fauonius flant, fiuntq; imbres.
 Non. Fidicula sole exoriente apparet. aquilo flat.
 viij Arcturus occidit matutino, & nebulosus est aër.
 vij Vergiliæ & orion occultantur. aquilo flat.
 vi Turbidus & molestus est aër.
 v Clarum scorpionis astrū, & hyemalis cardo.
 iiij Hyemis initium.
 iij Vergiliæ occultantur.

IN LIB. HIPPOC.

- Prid. Media scorpionis stella emergit.
 Idus. Vergiliae & orion occidunt matutino.
 xvij Scorpheus matutino occidit.
 xvij Fidicula oritur matutino. Vultur, auster
 & boreas simul flant.
 xvi Eadem quæ prior significatio.
 xv Tempestuosa dies: austerque superuenit.
 xiiij Sol in sagittario. Orion cum fidicula exoritur: aërisque tempestas existit.
 xiiij Tauri cornu cum sole occidit, & flat aquilo.
 xij Horrida tempestas.
 xi Sucule cum lepore occidunt matutino.
 x Gelida cadit pluuia.
 ix Tauri cornua occidunt.
 viij Initium hyemis. frigora incipiunt, gelidique cadunt rores.
 vij Sol in prima sagittarij portione.
 vi Eadem quæ prior significatio.
 v Canis occidit. austrina dies, & pluit.
 iiij Canis occultari incipit, & nebulosus est aër.
 iij Canis occidit matutino, & Aphrico flante pluit.
 Prid. Orion occidit, Fauonius spirat, & austro flante pluit.

x x x.

DECEMBER.

- K Perturbatio aëris . flat septentrio : & totus orion occidit matutino.
- iiij Canis occidit : Vesper septentrio flat.
- iiij Tempestuosa cum nubibus dies.
- Prid. Sagittarius occidit, & aquilo flat.
- Non. Per totam diem pluit, & flat aquilo.
- viiij Medium scorpij emergit.
- vij Aquila exoritur, & aphricus flat.
- vi Scorpius totus emergit.
- v Canis exoritur matutino: & auster flat.
- iiij Vehemens aquilo flat . caliginosum tempestatibus cœlum existit.
- iiij Obscurum astrum . Septentrio & cecias perflant.
- Prid. Aquilo flat prior, gravis & pluuius subsequitur auster.
- Idus. Totus scorpius exoritur : auster & aquilo flant; & pluit.
- xix Capella occidit.
- xviii Auster & aquilo perflant, & aëris perturbatio existit.
- xvii Eadem quæ prior significatio.
- xvi Sol in capricorno.
- xv Obscurum astrum, & ventorum concursus & pugna.
- xiiij Capella exoritur.
- xiiij Aquila cum capricorno exoritur.

IN LIB. HIPPOC.

- xij Incipit flare aquilo: superueniens auster totum obtinet diem.
 xi Aquila exoritur vesperi.
 x Capella matutino emergit.

Reliquum deficit.

Cæterum per τὰς μεταβολὰς intelligit alterationes secundum temperamentum. τῶν ἀστρον ἐπιτολὰς καὶ δύσας, id est, ortus & occasus astrorum. Sumitur autem astrum pro stellarum multitudine, vel vna stella.

Textus 12.

Ὅπως αὐτίς ἐρευνώμενος καὶ περιηρόσκων τὸν καιρὸν μάλιστ' εἰδεῖν περὶ ἐκάστου. καὶ τὰ πλεῖστα τυγχάνει τῆς ὑγιείης, καὶ κατ' ὅρδον φέροισι ἐκ ἐλάττωσιν ἐν τῇ τέχνῃ.

Hoc nanque modo si quis rimatus fuerit, ac præcognouerit temporum occasiones, maximè de singulis sciet, vt plurimū sanitatē adsequetur, & recta via procedet non minima artis suæ gloria.

Quærendo
 veritas
 detegitur. Ὅπως ἂν τις ἐρευνώμενος. Id est, hoc nanque modo si quis perscrutatus fuerit, à verbo ἐρευνῶ, quod est inquirō. & inquirens præscierit καιρὸς, hoc est temporum occasiones maximè de singulis sumendis faciendis educendis & admouendis sciet. nam occasio est

sio est aptissimum ad aliquid agendum vel non a-
 gendum tempus. In quo quæri solet, an potest, an
 debet aliquid fieri? quæ quidem circumstantiæ cum
 non facile intelligantur, certissimum est occasiones
 esse cognitu difficillimas: quæ in morbis curandis,
 & sanitate recuperanda magnum momentum ha-
 bent. Morbi siquidem in diuerso tempore diuersa
 pro occasione postulant remedia: ut in curatione
 phlegmones aliquam partem exteriori occupan-
 tis, initio fluxionis astringentia quæ hæc repellant,
 exceptis excipiendis, vsurpamus: In statu, cum
 fluxio quiescit, diaphoretica seu resoluentia. in aug-
 mento vtraque permiscemus. Aut si forte mate-
 ria resolui non possit, suppurantibus vitimur. Et in
 febribus cæterisque morbis, primum exuberantis
 materiæ portio vacuanda: reliqua deinde naturæ
 imitatione præparanda. Cumque iam illius benefi-
 cio concocta, aliquò propellitur, illuc etiam protin-
 nus arte vacuanda, ac prorsus extirpanda. Aut si
 forte nullus, vel certè languidus sit naturæ motus,
 artis præsidium eius vices suppleat. tunc enim me-
 dicamento locus est. Opportunè gerit omnia, qui
 morborum temporibus, omnique mutationi reme-
 dia accommodat. Naturam quippe adminiculantem
 habet, qui progressum eius imitatur. Felix me-
 dicatio, cui adiutrix natura succurrit: cui si consen-
 tiat cælestis & superior natura: multo felicior, ut

Tempus
 actionis op-
 portunum
 Græcè,
 ἐκκαιρία.
 Latine ap-
 pellatur
 occasio, in-
 quit Cice.
 in 1. offic.
 Hip. in 1.
 de morbis.

22. Aph. I.
 lib. Apho.
 29. Apho.
 lib. 2.
 21. Apho.
 lib. I. Aph.

IN LIB. HIPPOC.

medicamenta sunt exhibenda, luna existente in signis aquaticis, quæ sunt Cæcer, scorpium, pisces. nam luna per cancrum decurrēte exhiberi commode potest electuarium, præsertim si trinus sit aspectus, vel sextilis. Quod si Veneri iungatur, roborabitur facultas expultrix ad euacuandam bilem. Soli verò aut Marti, pituita facile purgatur. melâcholia denique, si Iouem similiter aspiciat. Per scorpium luna currente, potio danda: per pisces, pilule: eisdem planetis coniuncta. quæ cum in ruminante signo existit, ne reuomat æger, non est propinandum medicamentum. Quod etiam diligenter obseruandum, luna Saturnū aut Martem respiciente. hic intestina, ille ventriculum lædit. In Iouis & lunæ congressu medicamentum suas vires non exerit: quia Iupiter nature est amicus. Præterea in prima & tertia lunæ septimana mouentur humores ab interioribus ad exteriora. Valet igitur tunc phlebotomia, & cucurbitulis est locus. In secunda & vltima contrarium accidit: trudenturque humores ad centrum. Purgans igitur medicamentum sumendum. In vomitu prouocando suum teneat cursum luna, cum ariete, tauro, vel capricorno. Feliciter calesfacimus luna in signo igneo existente. Idem iudicandum de terrenis ad exiccandum, & aquosis ad refrigerandum. Vnguentum vel cataplasma, tunc adiuuendum, cum luna est in signo partem gubernante.

nante. Ad gargarisma luna sit in ariete, cancro,
 vel capricorno. Signa ignea & aërea iuuant bal-
 neas, excepto capricorno: terrena nocent. Quæ om-
 nia sunt intelligenda de tempore consilij. Nam vr-
 gente necessitate etiam si natura posterior cælesti
 non consentiat, exhibendum medicamentum ex-
 tra afflictionem, & ante impetum exacerbationis.
 Sed & victus ratio præscribenda ex morborum
 temporibus. Nam initio tenuis exhibendus, incre-
 mento tenuior, in statu tenuissimus. Cum enim se-
 uissima symptomata vigent, & natura in morbi
 coctionem tota incumbit, alio auertenda non est,
 neque plenioris cibi concoctione distrahenda. Et quò
 breuior futurus est morbus, hic victus tenuior pro
 cuiusq; temporis conditione est imperadus. quò verò
 longior, eò minus tenuis. Itaq; sine clauo & remis
 nauigat, naufragium tandem facturus, qui absque
 vlla temporum & astrorū obseruatione medicinā
 factitat. Iam verò cum plerique morbi certis horis
 concitentur vehementius, neq; vllius ferè sit eadem
 & perpetua equalitas: horarum quoq; tum alendo
 tum medendo habenda ratio. In accessionibus dare
 cibū, noxium est. Cum enim per circuitus irritatur
 morbi, natura his obsistens, noua cibi coctione non
 est retrahenda. Sed & ipsa concoctione suscitatus
 calor morbū plerunq; grauius exasperat: cum etiā
 secūda valetudine non pauci dum cibus conficitur,

Apho. 8.
 lib. 1. aph.
 Comm. ad
 8. Apho.
 lib. 1.
 Aph. 7. li.
 1. Apho.

Aph. 11.
 lib. 1. aph.

IN LIB. HIPPOC.

ingrauescant, aut non parum agitentur. Ad hæc in ipsa morbi maximèque febris ex candescentia tetro vapore vniuersum corpus perfunditur, cibúsq; sumptus corrumpitur. Quo fit vt neq; in accessione neq; cum mox futura est, sed duntaxat cum eius est decessio, aut intermissio, cibus adhibendus sit, nisi cogat necessitas. Præterea medicus deprehendens anni constitutionem præscribit (sumpta cibandi occasione) victû morbis futuris aduersantē. Quamobrem his seruatis, & diligēter perspectis, quid agendum, & quando, deprehendet, sanitatemq; pro maiore parte assequetur (fieri enim non potest, vt omnes in sanitatē perducantur ægroti) & recta via seu methodo procedet, quæ constat ex remediorû qualitate, quantitate, vtēdi modo, adhibendi opportunitate, quemadmodum scite testatur Galenus. Remediorû qualitas ab actione quam edit, à parte cui præcipitur, ab affectu cui medetur, sumitur. Quantitas non solum molem & mensuram, verum etiam facultatem, ordinem & numerum adhibendorum remediorum complectitur. Hæc omnia definiunt affectus magnitudo, propria corporis natura, virium robur, partis conditio. Vtēdi modum ostendunt humoris natura, via per quam ipse humor educitur, locus cui remedium adhibetur, medicamenti vehementia, morbiq; conditio. De opportunitate satis dictum. Sic instructus qui medicinam facit,

non

Cap. 3. x.
methodi
medendi.

1. Progn.

1. ad Glau
conem.

non minima suæ artis gloria eam exercebit, quæ
 omnium artium est præclarissima. Verum propter
 ignorantiam eorum qui eam male exercent, & ob
 vulgi ruditatem, quod tales pro medicis iudicat &
 habet, iam res eo deuenit, vt omnium artium lon-
 ge vilissima censeatur. At verò hoc peccatum ob
 hanc potissimum causam mihi committi videtur.
 Sola namque medicina nulla poena in rebus publicis
 statuta est præterquam ignominia. Verum hæc ip-
 sa non afficit nec contingit eos qui ex composito
 personam ipsius induerunt. Simillimi enim sunt
 personis quæ in tragœdiis inducuntur. Quemad-
 modum enim illi figuram quidem & habitum ac
 personam eorum quos referunt habent, illi ipsi ve-
 rò non sunt: sic & medici fama quidem & nomi-
 ne multi, re autem & opere valde pauci. Quisquis
 enim medicinae scientiam sibi comparare volet, eum
 his ducibus voti sui compotem fieri oportet, natu-
 ra, doctrina, loco studiis apto, institutione, indu-
 stria, & tempore, dicebat Hippocrates. Quæ om- in lege.
 nia consecutus medicus per vrbes obambulabit,
 præsentia præterita præsentens, & futura prædi-
 cens: cui proinde magis concredent, & in omnibus
 veluti deo præcipienti obtemperabunt: nihilque sua
 intemperantia delinquent ægri. quare felix cum
 medici gloria continget euentus.

IN LIB. HIPPOC.

Textus 13.

Εἰ δ' ἰσχύει τις ταῦτα μετεωρολόγια εἶναι εἰ μεταβάλλει
 τῆς γνώμης, μάθοι αὖ ὅτι ἐκ ἐλάττωσιν μέγας συμβάλλεται
 ἀστρονομίῃ εἰς ἰηβικῶν, ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον, ἅμα γὰρ τῶν
 ἄριστων, καὶ αἰ κοιλίαι μεταβάλλουσιν τοῖσιν αἰθρώποισιν.

Quòd si cui hæc sublimiora videantur, is si ab hac sententia discedat, discet sanè non minimam partem conferre ad rem medicã ipsam astronomiã, sed omnino plurimã, quã vnã cū temporibus & ventriculi in hominibus commutentur.

Occupatione adiicit fortassis, quæpiã putare que dicta sunt de tẽporum mutationibus, astrorum ortu & occasu, sublimia esse, nec ad medicum, sed ad philosophum pertinere. Quod sanè verum non est. Nam cum multa iudicari possint expositu astrorum, de valetudine corporum, de ingenii & inclinationibus seu moribus: deque multis in vita casibus, de tẽpestatibus, & mutationibus rerũ, sintque anni tẽpora medico cõsiderãda, v̄eti, loca, regiones: ortu verò et occasu siderũ, partes anni distinguantur, nõ parum cõferet ad artẽ medendi astronomia. Sub hæc diuersæ planetarũ cõiunctiones nos deducunt in temporũ notitiã, & diuersos v̄etos cõcitant: ut doctẽ profitetur Ptolemæus his uerbis. Nã ipse quidẽ sol vniuersales tẽporũ constitutiones & modos facit: vnde et imperiti mathematũ futura prægnoscunt.

Textus 57.
 lib. 2. de
 astrol. iudi-
 di.

noscūt. Itē proprietates signorū ad significatationem
ventorū & vniuersarū naturarū sunt assumēda.
ob id igitur, & quia dies criticos motu lunæ meti-
mur, erit medico perdiscēda astronomia. Est enim
astrologia, medici oculus: cuius si fuerit expers, me-
ritō cæcus appellabitur. Ne cōfidas igitur manibus
stellarū scientiā ignorantis. Quōd verò sit astrono-
mia medico perdiscēda, docet Galenus sic scribens:

cōm. primo
in I. epid.

Qui astronomiæ imperitus est, hunc cælatum no-
lim ipsum haudquaquā obsequi Hippocrati ad illā
ob prædictorū vsum cohortāti. quāobrem mihi ne
que Picus, neq; quisquā alius persuaserit, sidera nul-
los habere effectus in elemētis, & in animātū cor-
poribus: præterea nullas significatōnes in hac infe-
riore natura. Nam experientia ostendit ardentium
stellarum congressus, vvere hæc corpora, & sic-
citates adferre. rursus etiam congressus humētium
siderum augere humores. deinde variē mista lu-
mina, variēque temperatæ qualitates, vt in phar-
macis res dissimillimæ aliter temperatæ alios ha-

in. I. me-
teor.

bent effectus. Ideoque rectē dixisse Aristotelem
iudico, cum ait, hunc inferiorē mundum à superiore
gubernari, et superiora causam motus inferioribus
corporibus esse. Neq; quisquā alius rectē institutus
aliter sensir vnquā. falsa opinione imbutis nihil po-
test persuaderi, vt scribit Aristoteles. quod indicās

2. metaph.

Hiprocrates sic ait, *ei μετασειν τῆς γῆς, μέθοι αὐ-
τῶν ἐκ ἐλάττων μέσς συμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικίω.*

IN LIB. HIPPOC.

hoc est, si quis à sua falsa opinione discesserit, et sua sententiam mutauerit, discet quòd non minima parte confert ad medicinam astronomia. Quamuis superstitiosa illa siderum obseruatio per quã futuri euentus ex horoscopo & vocatis annorũ reuolutionibus prænunciantur, & quæ cuique negotio peragendo, vesti vel incidendæ vel induendæ certas præ aliis horas præscribit, ab omni re publica suis autoribus sit reiicienda, vt rectè contendit Manardus. Vt igitur temporũ mutationes agnoscamus, erit ea pars astronomiæ, quæ motus, ortus occasusque cœlestium metitur, cognoscenda. Cuius rationem subiungit Hippocrates, cum ait ventres in hominibus vnã cum temporibus immutari. Intelligit autem per ventrem, quem romiar vocat, nõ tantũ cibi receptaculũ, vetriculũ propriè appellatũ: verum etiã vniuersam cavitatẽ in qua intestina & alia instrumenta coctioni ministrantia continentur. nisi velis caput & thoracem nomine ventris contineri. Cum igitur aliqua temporum ventres efficiant calidiores, aliqua verò frigidiores, alia alio modo afficiant, sit vt ventres cum temporibus permutentur. Hinc Hippocrates dicebat, ventres hyeme & vere natura calidissimos, cibos æstate & autũno difficillimè nos ferre, hyeme difficillime, vere secundo loco. qui etiam alibi iuxta temporum mutationes dietam permutandam esse docet

epist. 5. lib.
15.

3. de dieta.

15. aph.
lib. 1.

18. apho.
lib. 1.

lib. de sa-
lub. dieta.
lib. de hu-
moribus.

cet

cet. In temporibus enim, victus & cibi & potus
 qualitatem suam requirunt. Nec solum tempora
 vniuersa ventres, sed etiam particularia mutant,
 vt flante Borea feliciter fit nutritio, minimè verò
 experita spirante austro, Boreas aluos exiccat, hu-
 mectat verò auuster.

Textus 14.

Ὅπως ὁ ἄνεμος ἔκαστα τῶν περὶ τὴν πόλιν καὶ βασι-
 νίαν, ἐργάσασθαι σαφέως. ἢ πῶς μὲν πόλις πρὸς τὰ πνεύματα
 καίται, τὰ θερμὰ ταῦτα δ' ἔσται μετὰ τῆς τε χειμερινῆς
 ἀνατολῆς ἢ ἡλίου καὶ τῶν δυσμῶν τῶν χειμερινῶν, καὶ αὐτῆν
 ταῦτα τὰ πνεύματα ὅτι ξυῖομα. τῶν δ' ἀπὸ τῶν ἀρκτων
 πνευμάτων, σέπτι ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ὅτι, τά τε ὕδατα πολ-
 λά καὶ ὕφαλα, καὶ ἀνάγκη εἶναι μὴ μετέωρα, τὸ μὲν θέρος
 θερμὰ, τὸ δ' χειμῶνος ψυχρά. καὶ ὅσα πολέμια ἀνθρώποι-
 οῖν ἔονται νόσας ποιήσιν ἐπιφορέει.

Hec est
 Ia. Gouvil.
 lib. 2.

Quomodo autem singula quæ dixi-
 mus, scrutari ac explicare oporteat, dein-
 ceptis dicamus manifestè. Quæcunque ci-
 uitas ad ventos sita est, calidos: puta autè
 eos qui inter brumalem solis exortū, iti-
 demque occasum perflant, huic hi venti
 peculiâres: à septentrionibus autem vē-
 tis tuta & protecta ea ciuitas existit: aquæ
 verò eius multæ, & subfalsæ sunt, & ne-
 cessario non sublimes, æstare quidem ca-

IN LIB. HIPPOC.

lida, hyeme frigida: & quæcunque sunt hominibus aduersa, varios morbos inferunt.

Narratio. Hactenus materiam de qua dicturus erat posuit, vtilitatem multiplicem subiunxit: nunc propositorum narrationem aggreditur: primoque de ciuitatum situ quantum ad montes, ventos & aquas disputat: idque vt doceat morum, rituum, ingeniorum, studiorum, morborum, corporumque varietates, in temporum, ventorum, aquarum, terrarum qualitates referendas esse. Cæterum venti quos inter Boreale Solis exortum & occasum spirare scribit, sunt meridionales, auster scilicet, aphyricus, Euronotus. Quæobrem ciuitas ad eos ventos iacet, quæ austrum et eius socios spectat, admittit, montem vero habet quo protegitur à ventis septentrionalibus & eosdem retinet. Cuius incolæ sunt imbecilles, effeminati, auari, timidi, dissimulatores, astuti, fallaces, suarum virtutum conscij. Omne siquidem genus animalium robore vel astutia se tuetur & vbi pelle leonis caremus, vulpinam induimus. τὸ ὕδατος ποταμοῦ, id est, aquæ multæ. Non consentiunt sacra litera cum Aristotelicis, de ortu fontium & fluminum, quæ ex mari per varios alueos meatusque fluere, ac ad suos fontes refluere testatur his verbis Ecclesiastes: Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat, ad locum unde exeunt reuertuntur flumina, vt iterum fluant.

Aristotelici

Aristotelici verò fontium materiam dicunt esse vaporem resolutum in aquam, & liquefactum à frigore aut à calore intra terram: sicut nubes, nix, pluvia, pruina, grando, in aëre ex vapore nascuntur condensato, & liquefacto rursus. Sicut igitur corpus hominis extrinsecus alioqui solidum, intrinsecus tamen suas habet venas, arterias, nervos, spiritus caloris, & sanguinis receptacula & sedes, quibus fluunt & refluunt: sic etiam terra ipsa quamvis solida intra se suos habet meatus, cavernas, cuniculos, foramina, vias quibus admittit aëre, vapores, & exhalationes, quasi spiritum & sanguinem: atque hæc intra se continet passim irrigua & humectata. Itaque vapor intra venas atque meatus clausus primum frigore condensatur & congelatur: deinde convertitur & resolvitur idem liquefactus in aquarum guttas, quæ paulatim sudoris instar distillant in eisdem venis, & demum ad modum riuulorum collectæ ex variis venis stillantibus & sudantibus in imum terræ tandem aperto aliquo loco decedentes erumpunt, & scaturiginem efficiunt: ad quam à loco distillationis guttarum magna est aliquando distantia. Quòd verò nonnunquam videtur in iugo aut vertice montis scaturire foras, istud accidit inde, quòd terra porosa illic intrinsecus ad summum, cauer-

nas habeat penetrabiles vsque ad iugum & verticē: in quas cum aēr utpote leuis descendere recuset: vice eius, ne admittatur vacuum, cogitur aqua ascendere, ut in vertice tandem erumpat. Siue igitur fontes & flumina orientur à mari, sicut sacre scripturæ credi præcipiunt, siue per resolutionē vaporum emergant, ut Aristotelicis visum est, multus abundabit aquis hæc ciuitas: quòd sit in loco satis decliui, quæ à venis per quas transeunt, & ab alueis falsedinem contrahunt: sicut vinum recipit peculiarem vim aut saporem à sole & à terra. Cum enim siccum terrenum redundantia caloris attenuatum & adustum miscetur humido & quoso, fit salsum. At terram soli semper expositam aduri non est dubium: quod pro maiori parte verum est. Non enim omnes ut puteales erunt falsæ, nisi ciuitas in vno sit ex sex climatibus. In climate nostro vel octauo non oportet istud fieri, etiam si ciuitas sit semper exposita soli meridiano, nisi per totam urbem intelligi velis aquas tectas & puteales, quod verò subdit aquas necessariò esse non sublimes ὕδατα ἀνάγινεσθαι καὶ μετέωρα, id est, profundas, quod contingit propterea quòd australis terra sit multo demissior septentrionali, Aristotele teste: vel quòd earum alueus non sit multum profundus à sole resiccata & retorrída terra. hinc æstate frigore victo incalescunt, hyeme contrà refrigerant.

cap. 1. lib.
2. meteo.

tur calore extincto. hic nullum habet antiperistasis locū. Venti igitur & aquæ omnibus modis insalubres: quare & regio pessimè sita morborum omnium semina præ se feret.

Textus 15.

Καὶ ὁκόσαι μὲ τῶν πέλεων κέονται γε καλῶς τῷ ἡλίῳ καὶ τῶν πνευμάτων, ὕδασι τε καὶ ὄν) ἀμείψισιν, αὐταὶ μὲ ἦσαν αἰδιάγονται τοιούτων μεταβολῶν.

Et quæ quidem vrbes bene sitæ sunt ad solē & ad ventos, & aquis bonis vtuntur, hæc minus à talibus mutationibus afficiuntur.

Quæ deinceps sequuntur vsque ad verba hæc, καὶ λειοταίαι καὶ ὑδροπαι, nō sunt in exemplari Græco quod sub titulo de aere aquis & locis circumfertur. sed ab imperito quodam librario adiecta sunt libro Hippocratis quem de capitis vulneribus inscripsit: cum potius ad hunc librum pertineant, & referri debeant. Eorum enim quæ desunt vices suppleant, & phrasim ac mentem Hippocraticam redolent. Quamobrem hæc ipsa dictis cum Cornario adiiciemus, & declarabimus, donec meliori exemplari inueniatur. Vrbes igitur κέονται καλῶς τῷ ἡλίῳ καὶ τῶν πνευμάτων, id est ad solem & ventos pulchrè iacent, quæ ortum vel aquilonem spectant. Orientales enim venti & boreales aërem optimè purgant, eumque subtiliorem reddunt. Ita-

IN LIB. HIPPOC.

que vitam tranquillam & valetudinis plenam
 ciues degunt, modò bonis aquis vtantur. Lauda-
 tur aqua quæ ad vnguem qualitatis est expers, nec
 odoratu vllam præ se fert qualitatem, præcordia
 quoque celeriter transit: cuius ad orientem solem
 fons erumpit, & per meatum aliquem mundum,
 aut purâ colatur terram, eadèmq; calefit & re-
 frigeratur ocysime: quam omni ætati vtilissimam
 putandum inquit Galenus. Cum igitur aërem pu-
 rum, qui natura sit perlucidissimus, quemque ve-
 teres theologi palladem nuncupauerunt, optimisq;
 aquis præsertim orientales vtantur, morbis minus
 cæteris erunt obnoxij, magnanimi, animosi, artium
 minutarum contemptores.

I. Sauritatis
 suen.

Textus 16.

Ὁ κόσμος ἢ ὕδασι τε ἐλείοισι χέρονται καὶ λιμνώδισιν, κείν-
 ται τε μὴ καλῶς πῶν πνευμάτων καὶ τῶ ἡλίου, αὐταὶ ἢ μᾶλ-
 λον.

Quæ verò aquis palustribus & lacustri-
 bus vtuntur, & non bene sitæ sunt ad vē-
 tos & ad solena, hæ magis.

Palus est aqua collecta in longum latum ve al-
 ueum, quæ habet suas scaturigines, aut riuos &
 flumina, quæ in se recipiens rursus emittat, ipsa
 alioqui intra suum alueum consistens. Talis est
 palus meotica, & mare Hircanum. Lacus dif-
 fert à stagno, quòd ille aquas habet perennes, stag-
 gnum

gnum verò temporales, & collectas hyeme. Lacus
 triplex est, alter statarius (ut sic eum appellem)
 qui suis contentus aquis sese continet. alter qui flu-
 minis parens aquas profundit. tertius, qui quidem
 aquas influentes excipit, iterumque profluentes re-
 mittit. Primus stagni naturam sapit, secundus
 fonti simillimus est: tertius, ni fallor, dilata-
 tus eo loci fluuius est. Ex palude, stagno, lacu
 propter cœnosam circumferentiam limosa & gra-
 uis est aqua, crassa, lentosa, & propter stationem
 ac immobilitatem veluti mortua & putrefacta,
 æstate subsalsa, quæ suo foetore nauseam mo-
 uet, quæ colore est atro & liuenti, & spissi-
 tudinem in vase multam asseruat, mucosa, gra-
 uitate lentescit, pessima, quæ sanguisugas tetri colo-
 ris & aspectus alit, quæ viridem obduxit in su-
 perficie telam. quare nunquam alia præsentè aqua
 exhibèda est hæc, inquit Aëtius. splenē auget. fe-
 bres gignit. tēperamentum labefactat. Ciuitates ad
 vêtos nō bene iacēt, quæ omnino à ventis nō per-
 flantur: in humillimo loco positæ, spectantes au-
 strum, iuxta paludem vel stagnum, vbi multi vel
 languidi flant venti, aut si ex aduerso exitus
 non pateat. Itaque montes ad Septentrionem po-
 siti, cum Boream non admittant, plurimū nocent,
 si paludes aut aquæ stagnantes, aut imbrium copia
 soleat eam ciuitatem madefacere. Indigent enim

IN LIB. HIPPOC.

validissimis ventis vrbes quæ aliquo horum virtiorum laborant : inter quos primas tenet Boreas, qui aërem citissimè purgat & attenuat. post Eurus, tertio Zephyrus. Auster per se inutilis. si tamen validus sit, quanquam aërem condenset, præsertim vbi mala qualitate paludis, aut imbrui, aut stantium aquarum ciuitas inficitur, non parum prodest: vt si ad vrbis partem Borealem esset palus, salubrior esset auster Borea. nam hic infert pestem ciuitati, ille quàm longissimè auertit. Debet autem halitus ab vrbe auferri, non ad vrbe trudi. Hac ratione Sardinia insula regionum omnium habetur insaluberrima. nam tres habet aquas. hypsyranas, lesitanas, & neapolitanas à meridie stagnanteis omnes : à septentrione manentinos mentes, insulam ferè ab oriente in occidentem disspescentes, inquit Ptolemæus. Quo fit, vt cum calidus sit locus (nam & hoc facit vt paludes & aquarum copia maximè noceat) eleuati vapores crassi à Borea nullo modo expurgari possint : ab austro verò conculcentur & retineantur. ob id pestilentissimum esse locum & habitationem necesse est. Item ciuitates duobus montibus conclusæ, meridiem versus detectæ, pessimè sitæ sunt: & quæ omni ex parte montibus clauduntur, ad ventos & ad solem non bene se habent. nã æstate pertorretur reflexis radiis, hyeme torpent, cū solem

Textus 17.

Κἢν μὲ τὸ θεῖος ἀρχιμεδὸν γέννη, δαῖσων παύων) αἰ τῶ-
σοι. ἢν δ' ἐπομβροσ, πλυξίνιοι γέννη, κἢ φαγεδαίτας κο-
γῶς ἐγγίνεσθαι ἀπὸ πάσης πρὸς φάσος ἢν ἔλκος, ἐγγίνεσθαι.

Et si quidē aestas sicca fuerit, citius sedā-
tur morbi. si verò pluuiosa, diuturni fiūt:
& phagedanas ex omni occasione oriri
verisimile est, si vlcus fiat.

Aestas anni tempus calidissimum & siccissi-
mū, in qua febres quartanae & omnes morbi bre-
uiores esse solent, Hippocrate teste. Nam humores
excrementosi ambiētis calore per vniuersum cor-
pus fusi, meatibus corporis patefactis, promptē
discutiuntur, vt scribit Galenus. Quāobrem dice-
bat Hippocrates, imbribus siccitates esse salubrio-
res. In siccitatibus enim superflua humiditates di-
geruntur: per imbres autem intra corpus collectae
putrescunt. Ergo in regione quae sita est ad austrū
(de ea loqui videtur) vt in ceteris calidioribus,
aestate sicca citius sedabuntur morbi, securiorque
crisis erit. Tempore vero pluuioso morbos fieri lō-
gos, minime mirum. egent enim ad morborū so-
lutionem coctione aegri. Plures autem humiditates
non nisi longo tempore concoqui possunt. quare
temporibus pluuiosis erunt diuturniores morbi, vt

apho. 25.
lib. 2.

in cō. ad di
ctum aph.

15.
lib. 3.

IN LIB. HIPPOC.

apho. 16.
lib. 3. aph.

in prin. li.
de locis in
homine. 7.
methodi.

febres longæ, alui profluvia, putredines, morbi comitiales, apoplexiæ, anginae: morbi tamen sicci, hoc est qui corpus siccum afficiunt, longiori tempore perseverant. Lapsi enim aut ferro impressa nota, tardius deletur. Sic quod siccus est, morbus magis recipere, ac magis dolere, id est, diutius à natura solet: humidum verò minus. Morbus enim qui in sicco est, stabilitur, & non cessat, inquit Hippocrates. Morbus igitur quorum humor est sedes, aliud est constitutione humida foueri, & sicca comminui: aliud verò corpori sicco impressum tardius deleri. Quòd si humorum vitio corpus inficiatur, & vlcus excitetur: hoc in phagedænam, id est, vlcus serpens & obambulans degenerabit propter humorem biliosum: aut falsum putrescentem. Ulcera namque quæ sanas adiacentes partes corrodunt & depascunt, φαρμακία quasi Latine dicas depascuntia nominantur.

Textus 18.

Τὸ ὃ χειμῶνος ψυχρῶ, ἴσως τε ἀνθρώπους τὰς κεφαλὰς ὑγρὰς ἔχειν καὶ φλεγμὰ πύδρας, τὰς τε κοιλίας αὐτῶν πυκνὰ ἐκλαρόσι αὐτὸ τὸ κεφαλῆς τῶ φλέγματος ὀπίσθετα ῥέοντος πάντα εἶδεα ὅτι τὸ πλῆθος αὐτῶν ἀτονώτερον εἶναι ἐδίδη δὲ ἐκ ἀγαθῶς εἶναι ἐδὲ πίνην. ὁκόσοι μὲ γὰρ κεφαλὰς ἀδενέας ἔχουσιν, ἐκ αὐτῶν εἶησαν ἀγαθοὶ πίνην. ἢ γὰρ κραυγαὶ πάντων μᾶλλον πιζέει.

Si verò hyems frigida sit, homines capita humida ac pituitosa habere par est, & ventres ipsorum frequenter exturbari pituita à capite influente, & formas ipsorū vt plurimū diuersas esse, ipsosque ad edendum ac bibendum non appositos esse. Nam qui capita debilia habent, non fuerint boni potatores. Crapula enim magis grauat.

Aër in hac ciuitate salubris non est, ideoque capiti primò nocet, deinde cordi, tertio partibus naturalibus. Caput igitur languidum minima de causa pituitosis excrementis repletur, & his exceptis leditur: quibus ad intestina pulsus & extrusus aluus perturbatur, & spumosa iuxta doctrinam deiiciuntur. Ciues & huius loci incole laborum sunt impatientes, languidi, male conformati, mollis animi, effœminati, propter calidi natiui mēbra corporis effingentis imbecillitatem. Nam flante austro languescunt omnia. tanta huic vento inest crassities, malignitas, & in morbos vis, vt eo spirante non possint oues concipere, nec sine aquis viuere anguille: quas tamen flante Borea dies durare sex sine aquis affirmant. Quamobrem ad edendum & bibendum non sunt appositi. Appetentia enim deiicitur si suctionis sensus pereat.

aph. 30.
lib. 7.

IN LIB. HIPPOC.

aut suctio non fiat. Perit quidem intemperie calida vel sola, vel cum calidis vitiosisque humoribus, vel cum sensus obscurus & hebes est. Calor enim humorem fundit, proindeque stomachi substantiam replet. Suctio non fit, aut quia corpus plenum est, aut quia eius substantia non dissipatur in ambientem aërem. Plenum corpus à vicinis partibus non attrahit, nec rursus hæ ab aliis: atque ita à ventriculo nihil attrahitur. Nec si quid attrahitur, aut transmittitur, corpus admittit: non dissipatur, aut quia caloris imbecillitas non digerit nec dissipat corporis substantiam, aut meatus cutis clausi sunt. Quare substantiam etiam à calore tenuatam, & in vaporem resolutam digeri non sinunt. Aut quia crassior ac viscosior est humor, resolutique contumax, aut expultrix robusta non est, nec partium inanitarum attractrix valida. Sensus stomachi fit hebes immodico frigore, aut humore defluente stomachum consopiente. At hic vires sunt languidæ, calor imbecillis, ac totum corpus est hebes & languidum. quare ad edendum non sunt appositi. Ad hæc malus aër tædiū cibi adfert, corpus eneruatum relinquit. Videntur tamen siticulosi esse, quòd belle non cōcoquant. corruptionem enim ciborum comitatur putredo, hanc sitis.

ergo

ergo egregij sunt potatores. Quod verū non est. Eos enim ad bibendum appositos esse dicimus, qui vini multum citra valetudinis iacturā sumere possunt. At isti sumpto vino male se habent. Vinum siquidem calidum & siccum promptissime omnia penetrat & subintrat, nervosumque genus facillime replet, vt scribit Gal. caput imbecillum maxime ferit, vt idē fateretur: Cuius rei hæc est causa, quia propter caliditatem celeriter ad caput fertur, feruentisque in caput secum fert humores, præsertim vinum generosum, odoratum, polyphorum. Quocirca vitandum iis qui cephalea aut hemicrania laborāt, epilepticis, maniacis: & vt in summa dicam, omnibus quibus caput infestatur, fugiendum teste Galeno. Laudat tamen Socrates apud Platonem vinum in conuiuio modice sumptum, quia haud aliter quā Iouis imber plantas leniter irrorans vegetiores facit, quā impetu descendens: ita merum virtutem excitare, alacrem animum ad officia redere, immodicum verò obruere contendit. Vinum enim paulatim & interposito tempore epotum minus capita tentat, quia vis eius mora potationis frangitur. Cæterum seniores inter cæteros, ac pueri citius a vino nocumentum sentiunt: hi excessu, illi defectu caloris. Non mirum igitur crapulam potissimum eos lædere, qui capere sunt infirmo, cuiusmodi diximus australes esse.

In com. ad
Aphor. 5.
lib. 5.

In. I. sanita.
tuende
& in com.
I. ad 3. par.
de rat. vic.
in mor.
acu.

Sub finem
lib. de atte.
victu.

Textus 19.

Νοσήματα τὲ τούδε ἐπιχώρα εἶναι. ἀρσῆτον μὲν τὰς
 γυναικας νοσερὰς καὶ ῥοάδας εἶναι. ἔπειτα πολλὰς ἀτίκους
 ὑπὸ νόσῳ καὶ ἐ φύσει ἐπιπρῶσκεδά τε πυκνά. τίσι τε παι-
 δίσι ἐπιπίπην ασυμῆς καὶ ἀσθματα ἃ νομίζουσιν τὸ παι-
 δίον ποιεῖν, καὶ ἱερῶν νῦσον εἶναι. τίσι δ' αὖ δ' εἶσιν δυσαντη-
 είας καὶ διαρροίας, καὶ ἠπάλης, καὶ πυρετὸς πολυχροῖος χει-
 μερινὸς, ἐπιπυκτίδας πολλὰς καὶ, καὶ αἰμορροΐδας ἐπὶ τῇ
 δρι. πλ. κλειπίδες δ' καὶ ἀειπνευμονίαι καὶ καῦσοι καὶ ὀκόσα
 ὄξεια νοσήματα νομίζονται, ἃ ἐγγίνονται πολλὰ. ἐ γὰρ αἰσθη-
 ῶκου αὖ κοιλίαι ὑγραὶ εἴσιν, τὰς νόσους ταύτας ἰσχύειν. ὀφθαλ-
 μίσι τὲ ἐγγίνονται ὑγραὶ, καὶ ἐ χαλεπαὶ ὀλιγοχρόνοι. ἢν μὲν
 κατάζη νόσημα πάγκοιρον ἐκ μεταβολῆς, καὶ ὀκόσας τὰ πρῶ-
 τήκοντα ἔτεα ὑπὸ βάλωσι, κατ' ἄρροι ἐπιχρόμενοι ἐκ τῆς ἐγ-
 καρδίας παρὰ πηκτικὸς ποίεσι τὸς ἀνθρώπους, ὀκόσας ἐξεί-
 φης ἠλιωθεῖσι τὴν κεφαλῶν ἢ ῥιγώσῃσι. ταῦτα μὲν τὰ νοσή-
 ματα αὐτέρισιν ἐπιχώρα ἔσιν. χρεῖς δ' ἢν τι πάγκοιρον κα-
 τάζη νόσημα ἐκ μεταβολῆς τ' ὠρέων, καὶ τε τὴν μετέχουσιν.

Morbi verò hi ipsis vernaculi sunt. Pri-
 mum quidem mulieres morbosæ, ac flu-
 xionibus obnoxia sunt. Deinde multa
 steriles sunt ex morbo, non natura, & fre-
 quenter abortiunt. Pueris verò incidunt
 conuulsiones ac anhelationes, quæ mor-
 bus puerorum & facer esse putantur. Vi-
 ris

ris autem dysenteria & alui profluvia & febres leues, diurnæ, hybernæ & pustulæ nocturnæ multæ, & hamorrhoides in sede. Pleuritides autem, peripneumonia, & febres ardentes, & quicūque morbi acuti putantur, non multum proueniunt. Non enim fieri potest vt isti morbi vigeant vbi alui liquidæ existunt. Lippitudines verò oboriuntur humidæ, non graues, nec diurnæ, si non ex mutatione temporum morbus aliquis omnibus communis occupet. Et vbi quinquagesimum annum transgressi fuerint, defluxiones ex cerebro accedentes homines semisideratos faciūt, vbi caput de repete insolatum, aut frigore correptum fuerit. Atque hi quidem morbi ipsis vernaculi sunt, præterquã si morbus aliquis omnibus communis ex temporum mutatione oboriatur, nam & huius participes fiunt.

Enumerat τὰ νοσήματα ἐν χόρῳ, id est, morbos patrios, plebi communes, consuetos hyeme frigida, post æstatem pluuiosam futuros in vrbe vergente ad australes ventos. Primum quidem mulieribus cōmunes, quæ frigidiores & humidiores viris sunt, teste Hippocrate, multisque pituitosis abundant excrementis, Galeno sic scribente: His contra arctæ

Lib. 3. de
dieta. cap.
2. lib. 3.
de causis
pulsuum.

IN LIB. HIPPOC.

inter vasa regiones sunt, quos adeps mollisque caro
 atque excrementa quaedam occupant pituitosa. Ad
 hæc spissum est, & male per habitum digerit corpus.
 Præterea coguntur in corporis partibus illaborati
 crassi crudique humores. Male igitur sese habebunt
 ad æstatem pluuiosam & hyemem frigidam subse-
 quentem iuxta doctrinam Hippocratis. Regiones si-
 quidem ad tempora male dispositæ, tales morbos
 pariunt, quali tempori similes fuerint. Hinc flux-
 ionibus ex capite in partes subiectas, scilicet in na-
 res, oculos, thoracem, fauces, vertebrae, in totam car-
 nem factis sunt obnoxie, prædixas dicit. Frigus si-
 quidem superueniens caput infirmum & multis
 excrementis refertum veluti manus quaedam ca-
 piens ac premens quandam uti spongiam exprimit
 illam quæ in ipso continetur humiditatem. hæc ve-
 rò delata alias ad alium locum ex his qui sunt faci-
 les ad patiendum septem fluxiones quas ponit Hip-
 pocrates, multosque alios morbos generat. Multa
 præterea steriles (ἀρόρους vocat) fiunt, nec præ mor-
 bo concipere possunt, quia ora uteri obstruuntur a
 pituita, qua totum corpus scatet. Uterus etiam pro-
 pter distillationes nimis humidus redditur, in quo
 proinde extinguatur genitura, ut in terra palustri
 cerealia semina, interdum maiore quam oportet
 copia menses erumpunt, unde sterilitas. Quæ verò
 utero gerunt, frequenter abortiunt, quia illis pluri-
 mum

Aph. 2. lib.
 3. lib. de
 humo.

In lib. de
 locis in ho-
 mine.

Apho. 62.
 lib. 5.

num profluat: tum quia mucosus humor uteri im- Apho. 4. 5.
 pleat acetabula, & ligamenta ita remittat, ut foe- lib. 5. apho.
 rum continere non possint. Addidit autem, & εἰσες,
 Id est non natura: quia si aestas esset sicca, istud non
 accideret. τὸ αὐτὸ τὸ πρὸς τὴν ἐπιπέδου ἀπὸ τοῦ αἵματος. hoc est,
 pueris conuulsiones superueniunt. Pueritia, quæ sta-
 tim ab eo tempore quo uterum matris infans egre-
 ditur incipit, & ad decimum quintum annum du-
 rat, calida & humida morbos habet sibi familia-
 res, ut docet Hippocrates: inter quos est conuulsio, 24. & 25
 cui propter infirmitatem simul & nervosi generis aph. lib. 3.
 mollitiem sunt pueri opportunissimi, ut scribit Ga- In primū
 lenus. Ergo & in hac austrina regione ob nimiam Epid.
 cerebri humiditatem eos corripit conuulsio, anhelant, & crebro respirant propter humorum copiam
 ad pulmones defluentem: ut testatur Galenus. In com. ad
ἀνομιαν τὸ πρὸς τὸν πνεῦμα, καὶ ἐπὶ τὸν ἄνεμον εἶναι id est, 26. lib. 3.
 quæ putant efficere puerorum morbum, & sacrum aphor.
 esse. Epileptici siquidem conuelluntur & anhelant.
 Cū epilepsia, Galeno teste, nihil aliud sit quàm con- Lib. 3. loc.
 uulsio partium, non perpetua, sed quæ ex temporum affect. c. 5
 accidat intervallis, cum mentis & sensuum oble-
 sione, sic dicta, quòd sensum capitis atque mentem
 pariter apprehendat, Latini vocant morbum comi-
 tialem, quia hoc morbo correpti in comitiis maxi-
 mè detegebantur, comitiáq; quo die quisquam con-
 cidisset, interrumpabantur. Alio nomine sacer no-

IN LIB. HIPPOC.

minatur, propter grauitatem, quoniã homo eo correptus subito concidit. Græci enim sacrum pro magno vsurpant, vt dum os sacrum pro magno dicunt.

In Timæo.
Lib. de morbo sacro.
Prob. I. 30
secciónis.

Aut quia sacram corporis partem, inquit Plato, occupat. Aliqui vocant sacrum, id est, diuinum: quod non placet Hippocrati. Vocatur Hercules, quia fuit Herculi familiaris Arist. teste Lunaticus quoque nominatur, quòd eum qui interlunio natus est, hoc malum ferè pati compertum est. vel quòd à luna mittatur. Denique cum is morbus pueris præcipuè, & frequenter admodum paulò ante lucem editis accidat, factum est vt Græcis, præter alia huiusmodi nomina, τὰ δὲ ὄν νόσημα, hoc est, puerorum

Vlt. cap. 7.
lib. de hist. animal.
Comm. ad 4. apho. par. primæ
6. Epid.

morbis diceretur: ob quam causam nomina pueris ante septimum diem non imponebantur, inquit Aristoteles. Hanc sententiã Hippocraticam esse, his verbis testatur Galenus: Comitialis affectus aut à naturali intemperie prouenit, cum humidum valde cerebrum est, tumq; morbus iste puer appellatur, quemadmodum ipse in lib. de aquis, aère & locis ita scribens significauit. Pueris accidere conuulsiones & suspiria: quæ putant puerum efficere, & sacrum morbum esse. In his verbis clare patet, illi dictioni, puerum, subintelligendum esse affectum. vt locutio ita se habeat, quæ putant puerilem affectum efficere, & sacrum morbum esse. τὸ δὲ ὄν νόσημα, id est, viris dysenterias. Inuen-

tus que

tus quæ alio nomine florens ætas, consistendi tem- Com. 30.
 pus, & virilis ætas dicitur, ab anno 25. ad 35. secun- 3. aph. &
 dum Galenum extenditur: calida & sicca exi- comm. 9.
 stens, suos etiam morbos habet, vt docet Hippocra- lib. 5. aph.
 tes. Sic in hac ciuitate humoribus aëri similibus ob In 3. apho.
 nimiam in corpore moram putrescentibus morbi
 proueniunt. Etenim frigida cause humiditates ab
 aëre collectas prohibent digeri. Putrescentes verò
 humores pituitosi fiunt interdum salsi, interdum a- Gal. in cõ-
 cidi. A forti enim frigore fit pituita acida: quæ ve- men. ed 12
 rò à calore producitur, salsa. Ea igitur quæ tunc in aph. lib. 3.
 virus fit, interdum salsa erit. Quapropter deriuatis
 superfluitatib⁹ in intestina, vtpote imbecilliora (ex
 valentioribus excrementum partes excipiunt imbe-
 cilliores) aut quia locus sit nature consuetus, dysen-
 teriæ seu difficultates intestinorum generabuntur,
 quãdo scilicet salsa pituita longiori tempore mordens
 atque abradens intestinum offenderit. Aliis solum
 aluus perturbatur citra vlcerationẽ, pituita à cere-
 bro defluente in transitu per intestina non herẽte.
 Diarrhœa quãquã dici possit omne alui profluuũ,
 id tamen proprie significat quo sinceriores humo-
 res defluunt sine vehemẽti sensu doloris. Potest esse
 pituitosa, biliosa, et melancholica. Galenus diapporius,
 vocat, cum semper & assiduẽ humida excrementa Comm. in
 deiciuntur. ἡ πάλλος, id est, febres in quibus vno & 1. Epid.
 eodem tempore frigescit & calefcit æger. Est enim

IN LIB. HIPPOC.

C. 6. lib. 2
de differ.
februum.

Locis cita-
tis.

ἠπιάλος ex genere februum quæ ex pituita putrida
creantur, quemadmodum docet Galenus. Neque
alia de causa ita Græcis dicta est, teste Paulo, quæ
quod ἠπιός ἀλαδίν, ὁπέρ ἐστὶ θεγυαίν, id est, blande ac
leniter calefacit, utpote ex humore natura frigido
pronata: & quòd rigorem unà cum calore, ea cor-
repti sentiant. Non est enim epialos febris nisi cum
simul febricitant & rigent ægrotantes, atque
trunq; eodem tempore in quavis corporis parte sen-
tiunt, non tamen in summo gradu. Istud verò mi-
rum videri non debet. Siquidem epialos febris sit,
vbi vitrea pituita non tota æqualiter, Galeno &
Paulo testibus, sed ex dimidia ipsius, eo quòd cras-
sissima sit, putrescit: sed aliquæ ipsius partes putri-
dæ sunt, aliquæ verò nondū putruerunt. Particula
igitur, iam dicti humoris quæ nondum putredinem
expertæ sunt, ventriculi aut alterius partis mem-
branis communicatæ, rigorem concitant, putrescit
etæ verò calorem accendunt. καὶ πυρῆδες πολυῆσες
καὶ χειρῆδες, id est, febres diurnas & hybernas. Pit-
uita sola, vel aliis humorib⁹ mista, in intestinis vel
in mesenterio, vel circum ventriculum, viscerum-
que cava coërcitia putrescēs, febres quotidianas pro-
ducit, diurnas, id est, quadragesimum diem tran-
scendentes: quia non nisi longo tempore humidita-
tes multæ concoqui possunt: unde hybernæ dicun-
tur. citò enim non discutuntur, viribus minime
prostratis,

prostratis, & corporis meatibus clausis. Hinc Hippocrates profitebatur morbos hybernos aestiuo tempore terminari. ἡ ἐμπυριδῶν πολλὰ, id est, nocturnas pustulas multas. Humores non naturales qui à sanguine quo singulae partes nutriuntur, separari inueniuntur, & ob suam prauitatem vel corruptelam ex seipsis, hoc est, ex natura sua inepti sunt ad corporis nutritionem, & ad alimoniam illi praestandam: qui quatenus in aëre nos ambiente permaneam, nunquam concresecunt. hi autem vel quaedam naturae providentia certi alicuius usus gratia in conceptacula quaedam relegantur, aut foras ad corporis extrema propulsi, tumores non veros ac illegitimos à chirurgis appellatos, abscessus, pustulas, & cutis defœdationes generant. Interdum verò insensibili perspiratione, vel sensibilibiter per sudores digeruntur atque exhalant: nonnunquam in corpore putrescunt, & febres excitant. Sed aliis omiſſis, de pustulis quæ Græcis ἐμπυριδῶν vocantur, dicendum hæc Celso pessimæ sunt pustulæ, colore vel subliuido, vel subnigro, vel albo, fabæ magnitudinem non excedentes, in eminentibus partibus, ut tibiis & pedibus maximè nascentes. Circa has vehemens est inflammatio: & cum apertæ sunt, reperitur intus exulceratio mucosa. color est humori suo similis. dolor verò ex eis, supra magnitudinem earum. Nomen à nocte acceperunt, vel quòd noctu gra-

Lib. de a-
tra bile.

556.

Aphor. 18.
Par. 2.
6. Epid.

miori dolore torqueant, vel (vt Celsus voluit) quòd noctu ferè oriantur. Plinius eas pustulas liuentes ac noctibus inquietantes nominat. Arabes verò, esse, sere, vel saire eiusmodi pustulas sic noctu infestantes vocauerunt. habent autem speciem carbunculi, quales hoc anno multis apparuerunt. Quomodo verò noctu potius generantur, quàm interdum, controuersia non caret: quia noctu humores intrò confugiunt, diu verò foras properant. Hinc Simoni cuius meminit Hippocrates, exanthemata non erumpebant nisi cum ad ignem inungeretur, aut calida lauaretur: quòd nimirum calida vnguenta ac balnea, cutem densatam crassosque humores tenuiores efficiebant. alio verò tempore in profundo corporis manebant, quòd humores crassi qui tantum pustularum causa erant, per cutem paulo densiorem hyemis frigore factam emergere non possent. Quæ tamen hic dicit Hippocrates, veritati nihil aduersantur. Etsi enim initio somni facultas naturalis, seu calor natiuus qui intrò vergit, per somnum videatur imminui & suffocari, vbi in aceruum subito incurrit ingesta materia, quomodo & ignis cum in lignorum ingentem struem incidit: atque vt idem ignis vbi superior euasit materia, firmior fit & ingens: sic innatus calor cum fruatur alimento, confectis iam succis in quos inuaserat, copiosior quàm antè fit, & validior, vt scribit

scribit Galenus . itaque facultas naturalis circa finem noctis & somni robustior facta , humores noxios ad cutem protrudit : quæ cum sit frigiditate noctis densior facta , ei inherent , & epimyctides oboriuntur . Αἰμορροΐδες Græcis Venarum in sede sunt explicationes dilatationesq; à crebro sanguinis defluxu appellatæ . Cum enim bilis aut pituita , præsertim salsa , ad Venas recti intestini decubuerit , sanguinem qui in Venis est calefacit . Calescentes autem Venæ ex vicinis Venulis sanguinem attrahunt : & ubi replentur , interna sedis pars intumescit , & capita Venarum supereminet , & partim dum à stercore exeunte comprimuntur , partim dum à coaceruato sanguine coguntur , sanguinem eiaculantur , atque hoc maximè quidem unà cum stercore , aliquando etiam sine stercore , quemadmodum scribit Hippocrates . Iecur etiam sanguine salso , qui quodammodo est melancholicus , teste Galeno , redundans sese per hæmorrhoidas repurgat . Pleuritis Galeno est inflammatio membrane , quæ succingens nominatur . Peripneumonia est pulmonis inflammatio . Causus sine febris ardens fit , cum magnum bilis incendium in cor & præcordia deurgit , eademque obsidet . Acuti morbi dicuntur , quorum motus velox est , & subita illis pericula adveniunt , qui ferè omnes sunt à bile humoribus calidioribus

9. c. 3. lib.
de causis
pulsuum.

Lib. de Hæ-
morrhoi-
dibus.
13. Metha.
12. Aphor.
lib. 6.
Comm. ad
33. Aphor.
lib. 6.

IN LIB. HIPPOC.

(de his enim qui qualitate tales dicuntur loquimur)
 At in hyeme pituita redundat. raro itaque proueniunt morbi acuti. cuius rationem subiicit, quod scilicet alui sint humida. Hæc Galenus confirmat hunc in modum scribens: Quibus pituita redundat, raro à morbo laterali corripuntur, præsertim si sædinem atque acritudinem sibi adiunxerit. Talis enim intestina mordens irritat ad deiectionem: ac tunc contingit non solum pituitam sed plureis aliis superfuitates excerni. Dicebat verò ipse in libro de aëre & aqua & locis, eos qui habent ventrem humidum, minimè morbo laterali, atque aliis morborum acutorum generibus corripì. Perrarum enim est in omni corpore duo aliqua membra equaliter esse debilia. in plurimis vnum esse deprehenditur eiusmodi, in quod seu plenitudo seu biliosi humores in corpore contracti sint, omnia superuacanea fluunt. Vnum autem si hæc præoccupauerint, reliqua membra in sanitate permanent. Quod etiam attestatur Galenus in eum modum scribens: Quemadmodum particula altera ab altera alimentum trahunt, ita altera in alteram quod superuacuum est à se deponit. & sicut trahentium ea vincit, quæ erit valentior: sic & à se deponentium: estque vocatarum fluxionum hæc causa. habet enim quæuis particula natiuum quoddam robur, quo quod superuacuum est propulsat. Vbi igitur eorum aliqua affe-

Etus

Com. dicto

Comm. in
6. Epid.

In 3. de facult. nat.

Etus cuiuspiam occasione imbecillior est reddita, ex
 omnibus in illam confluere quæ supernacua sunt
 necesse est. Nam quæ valentissima est, in vicinas
 omneis reponit. earum rursus singulæ in alias quæ
 ipsis sunt imbecilliores. Dein iterum illarum una-
 quæquæ in alias, idque catenus longissimè procedit,
 quoad ex omnibus pulsum supernacaneum in una
 quapiam maximè imbecillarū maneat. hinc enim
 ultra in aliam transfluere nequit, utpote nec va-
 lentiorum aliqua id recipiente, nec affecta à se pro-
 pellente. Fit enim in corporis partibus idem quod in
 mala repub. quam Aristoteles vocat oligarchiam, In Poli.
 in qua qui plus possunt, minus potentis opprimunt,
 & hi rursus alios, donec ad infimā plebeculam per-
 uentum sit, quæ adeò omni potestate destituta est,
 ut eam necesse sit opprimi tantum, & neminem
 opprimere. Ad eundem modum membra quæ prin-
 cipem locum in corpore habent, quicquid in eis re-
 dundat, ad ea transmittunt quæ minoris dignitatis
 sunt: & hæc rursus ad alia, donec vel extra corpus
 pellatur, vel in aliquam ignobilissimam partem de-
 cumbat. Quum verò dicit Hippocrates morbos i-
 stos non vigere ubi fluit aluus, caue ne in prauum
 sensum mentem eius detorqueas, putans ad pleuri-
 tidem & similes morbos nõ sequi alui profluium.
 Id enim affirmat Hippocrates in Aphorismis: Aphor. 16.
lib. 6.
 cum ait: Aluus turbata in pleurítico aut peri-

IN LIB. HIPPOC.

1. De mor-
bis.

pneumónico aut suppurato, malum. Nam cum pars affecta nonnullas, aut vniuersum corpus secum in consensum trahit, non est absurdum vna parte laborante reliquas affici. Cæterum dixit non multum prouenire, quòd interdum possint in hys-

Probl. 6. I.
sectionis.

me febres ardentes accidere. Οφθαλμία, hoc est, lippitudo, phlegmone propriè est eius membranae quæ corneæ tunica adheret: quam ob id Græci ὀφθαλμική, Latini autem adnatam, alij adherentem, alij albam, barbari coniunctiuam appellant: cuius causa tenuis biliosique sanguinis in oculos fluxio è temporum angulorumque venis in obscuras & latentes oculorum venas irruens si fuerit, sicca vocabitur. Quamuis Galenus interdum vocet phlegmonem siccam feruorem citra humoris affluxum. Quòd si pituita vel sanguis pituitosus, bili tamen mistus, eam excitet, humida

2. Constit.
1. Epid.

vocabitur: qualem describit Hippocrates. Hanc arguunt tumor magnus citra magnum ruborem, dolorem & calorem cum lachrymarum copia.

2. ἕκτα
τόπος.
In I. Epi.

Ergo parum molestæ sunt lippitudines, cum humiditas vix excitet dolorem. Quomodo verò diuturnas negat? cum scribat alibi longo tempore durare propter humiditatem & frigus. Maturationem

In com. ad
dictum lo-
cum.

enim fluxiones, cum ab insito calore superantur, consequuntur, inquit Galenus. Atqui minore negotio superantur vbi paucus est humor, & minus frigi-

frigidus. cum autem multum frigoris est, difficulter concoquuntur. Sed respondendum est, lippitudines in hac regione non esse diuturnas, statimque depelli propter alui fluxiones quæ illico consequuntur. Nam lippientem alui profluvio corripitur bonum est, inquit Hippocrates: quia, teste Galeno, humorum abundantia simul euacuatur, atque ad inferiora retrahitur. Morbi verò quos hæc ætenuis enumeravit, omneis aut multos eiusdem sexus inuadunt. Sunt nonnulli omnibus indiscriminatim communes, ut pestis: cum scilicet aër à coelesti vel temporum mutatione inficitur: qualem constitutionem describit Hippocrates. Et ubi quinquagesimum annum transgressi fuerint. Senectus Galeno teste duplex est: una prior, in qua agentes proprie Græcis *ἀπὸς ἐβότου*, Latinis senes vocantur. hæc incipit ab anno trigesimo quinto, & durat ad quadragesimum nonum. Altera senectutis pars incipit ab anno quadragesimo nono, & ad postremum diem extenditur. In hac agentes Græcè *ἡεβρῆτις*, Latine verò seniores dicuntur. hæc à Galeno in tres distribuitur partes. Prima est eorū qui *ἀπὸς ἡεβρῆτις* nominantur, hoc est, viridi adhuc senectæ præditi, quòd scilicet ciuilia obire negocia possint. Secunda est eorum qui ciuilia obire negocia ob virium imbecillitatem haud valent. In ea qui constitutus est, is, quemadmodum Homerus ait,

Aphor. 7.
lib. 6.
In commẽ.

In 1. Epid.
Stat. 2. &
3.
Com. 31.
lib. 3. Aph.

5. Sani.
tuen.

IN LIB. HIPPOC.

Ut lauit, sumpsitque cibum, dat membra sopori.

Tertia pars senectutis est, in qua extrema existit virium imbecillitas. Græci vocant eum qui ad hanc ætatem peruenit, πέμπλον, à mittendo in pompam, quæ ducit ad infernum. In secunda parte qui sunt constituti, hoc est, qui extremam agunt ætatem, sæpissimè à distillationibus capiuntur: quoniã partes ad caput attinentes in ipsis facile refrigerantur: & ideo multæ in ipsis fiunt pituitosæ superfluitates, cum iam multum frigidam cerebri habeant temperaturam: quas calor fundens, aut frigus comprimens, paraplegias, hoc est, resolutiones ex apoplexia in partem aliquam decumbentes excitat: unde paraplectici dicuntur. Aestas siquidem pluuiosa caput & sensuum instrumenta plurimum humectauit: cui tandem accedente hyeme illorum caput comprimente distillans humiditas πνευματικὸς homines procreat, & resolutiones parit. Atque hi quidem morbi ipsis vernaculi sunt. Diximus enim suprâ morbos ex temporum tempestatumque mutatione procedentes, simplices epidemios appellari: qui quia epidemij sunt, nonnihil resipiunt malignitatis vulgaris, omnique ætati nocent: ut lienterie, dysenterie populares. Hæc Hippocratis verba Galenus usurpauit, ut liceat colligere ad hunc librum pertinere.

Com. I. ad
I. lib. Epi.

Textus 20.

Ὅκοιαι δ' ἀπικέονται τουτέων πρὸς τὰ πνεύματα τὰ
 ψυχρὰ μεταξὺ τῶν δυσιῶν τῶν θεινῶν τῶ ἡλίου καὶ τ' ἀνα-
 τολῆς τ' θεινῆς. καὶ αὐτῆσι ταῦτα τὰ πνεύματα ἐπιχρῶεῖ
 ὄσιν. τῶ δ' νότου καὶ τῶν θεινῶν πνευμάτων σκέπη. ὧδε ἔχει
 αἰεὶ τ' πόλεων τουτέων. πρὸς τὴν μὲν τὰ ὕδατα τὰ σκληρὰ
 τε καὶ ψυχρὰ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος γλυκύνει. τοὺς δὲ ἀνθρώ-
 πους ἐντόνους τε καὶ σκελιφρὸς ἀνδίκου εἶναι. τοὺς τε πλείους τὰς
 κοιλίας ἀτερέμους ἔχειν καὶ σκληρὰς τὰς κίττας. τὰς δὲ αἰῶ-
 ναῖς ἐρωτήσας. χολώδεις τε μᾶλλον ἢ φλεγματίας εἶναι. τὰς
 δ' κεφαλὰς ὑψηλὰς ἔχειν καὶ σκληρὰς, ῥιγματοίαι τε εἰσὶν
 ἐπὶ τὸ πλῆθος.

Quaecunque verò ciuitates his ex op-
 posito sitæ sunt, ad ventos frigidos inter
 occasum solis æstiuum & orientem æsti-
 uum: etiam ipsis hi venti vernaculi ac in-
 digenæ sunt. ab austro verò & calidis vē-
 tis protectæ sunt. Et de his vrbibus sic res
 se habet. Primum quidem aquæ & duræ
 & frigidaæ vt plurimum dulcescūt: homi-
 nes autem vegetes & ficosos esse necesse
 est, & plures ventres infernos crudos ac
 duros habere, supernos verò fluidiores,
 biliososque magis quàm pituitos esse: ca-
 pita verò sana ac dura habent: & plerū-
 que vasa ipsis rumpuntur.

IN LIB. HIPPOC.

Haecenus exposuit conditiones Urbis sitae versus austrum: nunc quomodo sese habeat ciuitas partibus Septentrionalibus exposita, declarat. Intelligit autem per ventos frigidos, Aquilonem, Boream, & Circium, qui a plaga inter orientem & occasum aestiuum solis posita perflant: frigidi, sicci, validissimi, aptique aeri purgando, Urbibus ad Ursam detectis, ad austrum teectis, indigenae. Est autem Solis exortus aestiuus, pars caeli unde Sol emergit aestate: occasus vero, ubi Sol diebus aestiuis occidit. Huiusmodi Urbes a Sole auersae duras & frigidas habent aquas. Est enim certum, teectas qualescunque aquas Umbra frigidiores, clariores, sed crudiores, duriores & crassiores esse, quam sint quas lustrauerit Sol: quod frigoris sit comprimere, constringere, in duritiem cogere, ut patet de crystallo quod nascitur ex gelu vehementiore concreto. Dulcescunt gelu consumente & velut exprimente materiam ad saporem gignendum aptam. hinc incoctiles & tardi transitus sunt, tardeque calefiunt, in quibus legumina tardissime elixantur: quas vocant crudas & indomitas. quod intelligi velim de aquis caelo aperto expositis. nam subterraneae calore & igneo spiritu terrae visceribus insito coquuntur, τὸς δὲ αὐτῶν αὐτῶν αὐτῶν αὐτῶν αὐτῶν εἶναι. hoc est, homines intentos vegetosque siccos necesse est esse. Aquilo ventus frigidus & siccus, omneis consumit

sumit, exhaurit, dissipat superuacuas corporis humi-
ditates: robur adiicit ipsis instrumentis. Quod a-
stringit & in vnum ipsa cogit densando substan-
tiam, ob hoc tum natura, tum animæ meliores red-
dit operationes, corpora robustiora, facile mobilia,
bene colorata, & rectius audientia, vt recte scri-
bit Hippocrates. vnde Lapones in septentrione, vbi Apho. 17.
lib. 3.
veteres ob aëris iniurias negarunt vllam esse ha-
bitationem, multos annos viuunt, corpore vsque
adeò agili, vt accincti pharetra & arcu trans-
mittant se per circulum diametri cubitalis. Septē-
trionalibus ventres inferni sunt ἀπὸ τοῦ ἀέρος, id est,
crudi, duri. Crudi quidē, propter vsum aquæ tardi
transitus, & circa præcordia hærentis. duri verò,
id est adstricti, inquit Celsus. vel quòd eorum vē-
ter inferior dura excernat, teste Galeno: tum pro-
pter loci naturam quæ vergit ad siccitatem: tum
quia corpore toto exiccato venter ad se ipsum tra-
hit humidiores partes alimenti. feces etiam diutius
in corpore remanēt, nec excernuntur, omnino exu-
guntur & arefcunt. facultas etiā retentrix quæ
siccis gaudet, validior est. Superiores, hoc est, me-
dij, fluidiores, quia calidissimi. habent enim pluri-
mum calidi innati, cuius principium & veluti fons
est cor. At calidi est dilatare, meatusq; thoracis la-
xiores & magis apertos reddere, vt scribit Gale-
nus. Quare nō solū vētres supernos, sed vniuersum 2. de tem-
peramentis.

co. 38. lib.
7. apho.

aph. 18.
lib. 5. aph.

corpus ad perspiratum habent probe comparatum, purum, excrementis vacuum. Quod si frigidum sit inimicum nervis, ossibus, dentibus, spinali medullæ, quomodo in hac regione ventres superiores erunt fluidi? Respondendum, frigidum qualis nix aut glacies, pectori esse inimicum, tusses mouere, sanguinis profluvium, & destillationes, quibus scilicet calor natiuus non est robustus. Aut dixit esse fluidiores apertos & laxiores à vi formatrice valida. Sic magis biliosi animosique sunt copia caloris per antiperistasin aucti: vnde cibus bene coquitur. Pituitosi verò frigidi humidi cibus male conficiunt, in quibus magnus excrementorum proventus cernitur. τὰς δὲ κεφαλὰς ὑγμεὰς ἐχουσι. capita verò sana habent. Caput sanum est, quod certæ est magnitudinis, proportionemque ac symmetriam cum reliquo corpore habet, minusque tentatur à vino, & quæ ab eo prodeunt partes, robuste sunt. tunc enim virtus quæ ab eo prodit, par est regendo corpori, perfectasque actiones ædit. Atqui Boreas vim formatricem validam reddit, & omnes actiones animales firmat, ut scribit Galenus. Talis capitis suturæ contractæ sunt, minus patent, iniuriis externis vehementius resistunt. proinde est durum. ἐν γὰρ τῶν σερῶν πῆχυα τὰ sunt ventrum & arteriarum rptiones. Ipsi autem vasa rumpuntur, quia frigus corpora venarum constringit & contrahit

cō. ad. 17.
aph. lib. 3.

trahit, suáque frigiditate duras ac extendi contumaces reddit, ideóque tunicas eorúdem rumpit: ut fusius Galenus monstrat. Concausa quoque r^{c. vlt. lib.}uptionis est venarum durities: adeóque in natura ^{4. de loc. affect.}durioribus citius quàm aliis ruptio accidit. Nam propter duritiem venæ non dilatantur, & ad extensionem contumaces fiunt: atque adeò accedente frigore rumpuntur, quòd continere ob nimiam cōstrictionem sanguinem copiosum diutius non possunt. istud confirmatur ab Hippocrate in Epid. ^{aph. 10. 3. partis.}

Textus 21.

Νοσούματα ἢ αὐτίοισιν ἐπιδημῶν τὰ πνευρίτιδες τὲ πολλὰ, αἱ τὲ ὀξείαι νομίζονται νεστοί. ἀνάγκη δὲ ὧδε ἔχειν, ὁνόταν κοιλίαι σκληραὶ εἴωσιν, ἔμπροσθε πολλοὶ γίνονται ἀπὸ πάσης περσάσιος. τουτέστι δὲ αἴτιον ὅτι τὸ σῶμα τὸ ἕντασις καὶ σκληρότης τῆς κοιλίας. ἢ γὰρ ξηρότης ῥηγματίας πίεσις εἶναι, καὶ τὸ ὕδατος ἢ ἰσχυρότης ὀξείας τὰς τοιαύτας φύσεις εἶναι, καὶ ἡ πολυπότας. ἢ γὰρ οἶοντι ἅμα πολυβόρυς τε εἶναι, καὶ πολυπότας. ὀφθαλμίας τε γίνεσθαι καὶ διαχρόνους. γίνεσθαι δὲ σκληρὰς καὶ ἰσχυρὰς, καὶ ἐυδίας ῥηγνυδαὶ τὰ ὄμματα.

Morbi autem populares ipsis hi sunt, pleuritides, & quos acutos esse receptum est. Necessse est autem ita habere, quum alui duræ existunt: & suppurati multi ex omni occasione fiunt, huius autem causa

IN LIB. HIPPOC.

est, corporis extēſio, ac vētris duritia. Sic-
citas enim, & aquæ frigiditas facit vt vasa
rūpantur. Edaces autē tales naturas esse
neceſſe est, & nō multū bibaces. Nō enim
fieri poteſt vt ſimul multum edant ac bi-
bant: lippitudinēſque his fieri ex tempo-
ris interuallo, duras autem ac vehemen-
tes, & ſtatim oculos rumpi.

Νοσέματα ἐμδμηῖν, vocat morbos qui per populū
graſſantur, & publicē vagātur: qui tēpore quodā
plureis in eodē loco infeſtāt, cuiuſmodi ſunt pleuri-
tides, & ceteri morbi acuti, cū publicē vagantur.
Fūt autē veræ pleuritides ex tenui bilioſoq; ſan-
guine, qui vena caua cordi aſſidēt in eā quæ a Ζυ-
γες nūcupatur, dein in tenues coſtarū venas impe-
tu quodā incurrit: ex quibus apertis aut diſruptis exi-
lit, inciditq; aut in muſculos meſopleuros, aut in lo-
cū qui eſt inter coſtas & ſuccingentē membranā.
Cauſa verò quæ ſanguinis fluxionē impetūmq; mo-
uet, eſt ſubita refrigeratio, aut potio frigida, aut mā-
ligna qualitas, quæ excalſactū ſanguinē, exagita-
tumq; propter excrementorū putreſcētū retētioneſ
varie depellit ac deijcit. Tenuis præterea bilioſuſq;
ſanguis e dextro cordis ſinu per venā arterialeſ in
pulmones vehemētius & abūdātius irruēs: qui nō
modo pulmonis venas & arterias, verū etiā totum
ipſius corpus præter modū implet atq; diſtēdēs coar-
Etatur

Etatur ac putrescit, & pulmonis inflammationē accendit. Morbos acutos veteres dixerūt costalē, peripneumoniā, insaniā, lethargū, ardorē, febres continuas, Hippocrate teste. Acuti dicūtur vel ratione loci, vel multitudinis, vel qualitatis. Sed de morbis secūdū qualitātē acutis potissimū loquūtur, qui omnes gigni possunt propter vētris duritiē, & spiraculorū adstriktionē: quod de febribus ardentibus testatur Aristoteles sic quæres: Cur potius in frigidissimis terris ardores febrium fiūt? An quod frigus calorē intus circū obsistit, cuius cōtrariū aestivo tēpore agitur. Partes nāque internæ frigidiores redduntur. ardor autē febris est. ergo partibus refrigeratis exterioribus, caloris copia interiores redundant. sic in hyeme retētis excrementis biliosis quæ antea expurgabantur, febres gignuntur ardentes vel continuæ. *ἔμπροσθεν πολλοί*, hoc est, suppurati & purulēti, qui pus excreāt ex omni occasione, ut quando abscessus in membrana intrinsecus succingente costas, aut alia thoracis membrana acervatim rūpitur, & in vacuum thoracis locum, qui est inter pulmonē & succingentē costas mēbranā, effūdatur, aut propter sanguinis corruptionē vlcere ad cicatricē non perducto. Interdū propter cōfluxū ex capite & aliis partibus illic manantē: quod in angina sepe cōtingere solet, iuxta hūc aphorismum:

in. 1. de
rat. vic. in
morb. acu.

probl. 3.
sect. 14.

com. 2. in
epid.

IN LIB. HIPPOC.

10. lib. 5. Quicumque ab angina liberantur, ius ad pulmonē
 vertitur, & in septem diebus pereunt. si verò hos
 effugerint, suppurantur. Ἰετίν δ' αἴτιον ὅτι τὸ σῶματος
 ἢ ἐνταῖς ἢ σκληρότης ἢ κοιλίας, hoc est, huius rei causa
 putatur esse, corporis distentio, & ventris duritia.
 Morborum prædictorum causam esse ventris ad-
 strictionem. Retentis enim excrementis corpus re-
 pletionem distenditur, & vasa comprimuntur, san-
 guis agitur & perturbatur, agitur incalcescit,
 accenditur, effluit, morbos laterales & pulmona-
 rios procreat: vnde ἐμπόνημα. frigiditate aquæ, du-
 ritia, aëris siccitate venæ rumpuntur, ob quarum
 ruptionem diximus morbum dictum suboriri. Eos
 præterea qui multum comedunt, ἰδωδὸς Græci, in-
 terdum βορῆς vocant. Quemadmodum igitur hy-
 berno tempore plus appetunt homines, & cibū fa-
 cilis concoquunt, propterea quòd ventres ob cir-
 cunstam extrinsecus frigiditatem sunt calidif-
 simi: ita septentrionales difficillimè ieiunium ferunt,
 & πολύφαγοι, id est, edaces existimantur. Item fri-
 gide aquæ vsus non parum confert ad excitandā
 famem, quemadmodum hac oratione docet Gale-
 nus. Itaque ad excitandam famem frigus in ven-
 triculo non parum confert. Nam & vacua red-
 dit corpora, ac tunicas ipsorū cogens adstringensq;
 appetentiam excitat. quod confirmatur ab Hip-
 pocrate sic scribente, tam aqua quam vigilia cibi
 appetentiam

1. de sympt.
 causis.

parte 4. 6.
 epid.